Cartæ

et

Alia ✦ Munimenta

quæ ad

Dominium de Glamorgan

pertinent.

VOL. I.

1102—1350.

Curante

Geo. T. Clark.

Dowlais:

MDCCCLXXXV.

PREFACE.

—:o:—

THE documents here collected and printed are derived from various sources; some from the Public Record Office, some from the British Museum, some from the papers of the late Mr. G. G. FRANCIS, of Swansea, and others from the family records of Dr. J. C. STRADLING CARNE, of St. Donat's Castle, to all of whom I have to express my obligations.

There remain in my hands documents sufficient to form a second volume, which may possibly some day also be printed.

Besides these, there exists, in manuscript, a considerable mass of notes and comments upon the above texts, forming the ground for a History of the Norman Lordship of Glamorgan. The subject is not one in which the present inhabitants of the modern County show any great interest, nor is it very probable that these comments will ever be turned to account; nevertheless it has seemed better first to print the records alone. Of the value of his own work, it is not for its author to express an opinion, but concerning the value of the records themselves, as the materials for local history, there can be no doubt.

TALYGARN, AUGUST, 1885.

To the Memory

OF

ROBERT OLIVER JONES,

OF FONMON CASTLE,

DURING TWENTY TWO YEARS CHAIRMAN OF QUARTER SESSIONS

FOR THE COUNTY OF GLAMORGAN,

AND AN INDUSTRIOUS, ACCURATE, AND SUCCESSFUL,

THOUGH SILENT, INVESTIGATOR OF ITS ANCIENT RECORDS,

THIS COLLECTION OF THEM IS INSCRIBED,

BY HIS OLD AND INTIMATE FRIEND

THEIR EDITOR.

TABULA.

—:o:—

II.

CARTÆ ET ALIA MUNIMENTA QUÆ AD DOMINIUM DE GLAMORGAN PERTINENT.

I.

CARTA ROBERTI HAMONIS FILII Ste MARIE DE TEOTHESBURIA.

[P.R.O. PAT: 12 H: VII. P. 2. M. 27.] CIRCA 1102.

Ego ROBERTUS HAMONIS filius do Sancte MARIE de TEOTHESBURIA brachium quod egreditur de TAF et currit juxta burgum et juxta ecclesiam monachorum libere quiete et hereditabiliter pro amore DEI totum scilicet sicut egreditur de TAF et facit insulam quousque reingreditur in TAF ad faciendas piscarias et utilitates ad opus monachorum Do etiam et pratum quod est juxta aquam Sancte MARIE in elemosinam et maledicti sint qui hanc elemosinam meam disturbabunt Testibus S: uxore mea R: de HAIA A: de WALTERVILLA GAUF: de MAISNO et R: filio NIC:

II.

CARTA ROBERTI DE HAIA ECCLESIE DE BASSALECH.

[A: DE DOMERHAM. ED: HEARNE. II. 605.] CIRCA 1102.

Ego ROBERTUS de HAIA et sponsa mea GUNDREDA concessu domini mei ROBERTI filii HAMONIS et sponse sue SIBILLE pro salute animarum nostrarum et antecessorum nostrorum et successorum Damus DEO et Sancte MARIE ecclesie GLASTON' ecclesiam de BASSALLECH in elemosinam in perpetuam possidendam liberam et quietam ab omnibus geldis ... & & ... Concedimus eciam ecclesie GLASTONIENSI ecclesiam de BASSALECH cum decimis et elemosinis omnibus et defunctorum corporibus que ad parrochiam de BASSALECH pertinent scilicet ecclesiam de MAHHAYAN et ecclesiam de BEDEWAS et ecclesiam de MENEDWISCLELWYN et ecclesiam de MAPMOIL et capellam de COITTARNEN et capellam de PULERND ... & & ... Hiis testibus WILLELMO vice-comiti KARD' ROBERTO le SOR ROGERO de SUMERI ROGERO filio JOZE HERREBERTO de S[to] QUINTINO LAUDOMARO AZE etc. [Ex parte Abbatis de GLASTON'.]

III.

CONCORDIA INTER URBANUM EPISCOPUM LANDAV: ET ROBERTUM CONSULEM GLOCEST:

[LIBER LANDAV: P. 27.] 1126.

Anno ab incarnatione Domini M.C.XXVI fuit hæc concordia facta inter URBANUM Episcopum LANDAVENSEM, et ROBERTUM Consulem GLOCESTRIENSEM de omnibus calumpniis quas idem Episcopus habebat adversus prædictum Consulem et suos homines in WALIS, et de illis terris quas ab Episcopo se non cognoscebant tenere. Idem Consul concessit Episcopo unum molendinum quod WILLELMUS de KARDI fecit, et terram eidem molendino pertinentem, et unam piscariam in ELBI per transversum ipsius fluminis et C acras terræ in mares-

co· de inter TAF et ELEI ad arandum, ultra ad pratum, et ita quod caput earundem c acrarum incipiat juxta dominicam terram ipsius Episcopi, et continuatim in longum extendantur, et communem pasturam cum hominibus Consulis, et in nemoribus Consulis, excepto KIBOR, materiem ad opus ecclesiæ de LANDAVIA, et ipsius Episcopi, et clericorum suorum, et omnium hominum de feudo ecclesiæ, et paissonem, et pasturam, WALENSIBUS Episcopi cum WALENSIBUS Consulis, et NORMANNIS et ANGLICIS Episcopi cum NORMANNIS et ANGLICIS Consulis, extra KIBOR, et capellam de STUNTAF, et decimam ipsius villæ, et terram quam Comes eidem capellæ donat, unde sacerdos cum decima positus viveret, itaque parochiani ad Natale CHRISTI, et Pascha et Penticosten, visitent matrem ecclesiam de LANDAF, et de eadem villa corpora defunctorum ferentur humanda ad eandem matrem ecclesiam. Et propter hæc prædicta quæ Consul Episcopo donat et concedit, remittit ipse Episcopus, et quietas clamat Consuli omnes calumpnias quas habebat adversus eum, et adversus homines suos, de omnibus terris illis quas ad feudum Consul advocabat, et si aliquis hominum Consulis sua sponte, sanus vel infirmus, voluerit recognoscere se terram ecclesiæ tenere et se velle eam reddere ecclesiæ et Episcopo, et hoc coram Consule, vel coram suo Vicecomite vel Præposito Domino de KARDI, recognoverit, concedit Consul quod ipsam terram ecclesiæ et Episcopo reddat. Et Episcopus, sic sui molendini de subtus ponte Episcopi exclusam admensurabit, quod iter semper pervium sit, ni incremento aquæ vel fluctu maris impediatur; et Comes faciet destrui exclusam molendini sui de ELEY; et homines Comitis, et quilibet alii vendant et emant cibum et potum apud LANDAF, et ibi illos edant et bibant, et nil inde portent tempore werræ; et omnes homines de feudo Episcopi habeant quælibet commercia apud LANDAF, ad vendendum, et emendum, omnibus temporibus pacis. Et judicia ferri postulabuntur apud LANDAVIAM; et fossa judicialis aquæ fiet in terra Episcopi, propinquiori castello de KARDI. Et si aliquis hominum Episcopi calumpniabitur hominem Consulis, vel hominem Baronum suorum de aliqua re unde duellum fieri debeat; ipsorum curiis dabuntur vadimonia et tractabuntur judicia; et in castello de KARDI duellum

fiat. Et si quisquam homo calumpniabitur hominem Episcopi de re unde duellum fieri debeat; vadimonia in curia Episcopi dabuntur et judicia fient, et ipsum duellum in castello de KARDI fiet: et ibi habeat Episcopus eandem rectitudinem de illo duello quam haberet si fieret apud LANDAVIAM. Et si duellum agitur inter solos homines Episcopi, in ejus curia de LANDAVIA tractetur et fiat: et ipse Episcopus habeat suos præpositos WALENSES in suo brevi scriptos per visionem et testimonium Vicecomitis Consulis: et extramittantur, et ipse Vicecomes Consulis habeat suum contrascriptum de ipsis WALENSIBUS Consulis similiter. Et Consul clamat quietos Episcopo et hominibus de feudo suo denarios, et omnes consuetudines quas adversus eos calumpniabatur. Hæc Concordia facta fuit in præsentia Regis HENRICI. His testibus, WILLELMO CANTUARENSI Archiepiscopo. Et GAUFRIDO ROTOMAGENSI Archiepiscopo. Et WILLELMO WINTONIENSI Episcopo. Et ROGERO SARESBERIENSI Episcopo. RANN DUNELMENSI Episcopo. Et JOHANNE RICONIENSI [?] Episcopo. Et OINO EBROICENSI Episcopo. Et GAUFR: Cancellario. Et DAVID Rege SCOTIÆ. Et ROTROCHO Comite de PERTICO. Et ROGERO Comite de WARRWICK. Et BRIENT filio Comitis, et ROB: DOILLI. Et MILONE de GLOUCESTR: et EDUARDO de SALESBERIIS. Et WALTERO filio RICHARD. Et PAG: filio JOHANNIS. Et RICARDO de AQUILA. Et ROBERT be SIGILLO. Et UCHTREDO Archidiacono de LANDAVIA. Et ISAAC capellano Episcopi. Et RAD: Vicecomiti de KARDI. Et PAG: de TURBERTIVILLA. Et RODB: filio ROGERI. Et RIC: de SANCTO QUINTINO. Et MAUR: de LUND: Et ODONE SORO. Et GAUF: de MAISI. Apud WODEST:. Et R: Comes hujus cartæ contrascriptum habet. Testibus eisdem.

IV.

KEYRDIF SUPER MANUCAPTIONE.

[CARTUL: S^ti^ PETRI GLOUC: P. 347.] CIRCA 1126.

Carissimis amicis suis Vice-Comiti GLAMORGANSIRÆ et omnibus Baronibus et Militibus Comitatus de CAYRDIF, WILLELMUS de KAYDRIF, salutem

Noveritis quod manucapio, pro Galfrido filio Kneithi et fratribus suis, quod nullum damnum vel gravamen inferetur domino Abbati et Conventui Gloucestriæ vel hominibus eorum, etc,...etc,...etc,...Et si forte contigerit quod ipsi dicto Abbati et Conventui vel suis in aliquo forisfecerint, ego Willelmus tradam tenementum eorum quod de me tenent in villa de Landbirede liberum et quietum in perpetuum dicto Abbati etc...etc, salvo servitio meo ad eandem terram pertinente. In hujus rei testimonium literis istis sigillum meum apposui. ...etc etc.

V.

BULLA HONORII II, PAPÆ.

[LIBER LANDAV: P. 36.] 19 APRIL: 1128.

Honorius Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis, Monachis, Capellanis, Canonicis, Waltero filio Ric:, Briano filio Willelmi Comitis, Pagano filio Johannis, Miloni de Glocestria, Batrun filio W[illelmi], Winbaldo de Badlon, Roberto de Candos, Ricardo filio Puntii, Roberto filio Martini, Roberto filio Rogeri, Mauritio filio Willelmi de Lundriis, et cæteris per Landavensem Episcopatum nobilibus, salutem,et apostolicam benedictionem. Fama referente, comperimus quod matrem vestram Landavensem ecclesiam, contra honorem et salutem animarum vestrarum ausu temerario exspoliare, et eam adnichilare, præsumitis. Unde paterno affectu compatientes [uni]versitati vestræ per præsentia scripta mandamus, atque præcipimus, ut quicquid in terris, decimis, oblationibus, sepulturis et cæteris bonis, eidem ecclesiæ, aut aliis de ipsius parochia ecclesiis injuste tulistis, et detinetis, absque mora restituatis. Si enim reprehendi sunt filii qui matrem carnalem inhonorant, et ei injuriam inferunt; multo magis qui spiritualem molestant, et bona ejus violenter deripiunt; et quod flagitiosum est, et Christiano nomini inimicum, venientes ad sanctorum limina, et ecclesiarum dedicationes, deprædari, affligere, et die etiam mercationis venientium et redeuntium bona

auferre, et quosdam interficere, ferali more, non erubescitis. Ea propter vobis præcipimus, quatenus a tantis flagitiis omnimodis desistatis, et præceptis venerabilis fratris nostri URBANI Episcopi humiliter pareatis. Quod si contemptores exstiteris, canonicam quam ipse in vos promulgabit sententiam, — auctore Deo, — confirmabimus. Datum LAT: XIII cal: Maii.

VI.

CARTA FUNDATIONIS ABBATIÆ DE NETH.

[EX REGISTRO DE NETH. NOV: MON: V. 259.] CIRCA 1129.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego RICARDUS de GRAINVILLA et CONSTANTIA uxor mea pro salute anime ROBERTI Comitis de GLOCESTRIA et MABILIE uxoris sue Comitisse et WILLIELMI filii sui et pro salute animarum nostrarum et antecessorum nostrorum damus Deo et ecclesie sancte Trinitatis de SAVIGNEIO totum vastum quod est infra has quatuor aquas videlicet NETH THAVY CLOEDA PONCANUM. Et capellam nostri castelli de NETH cum omni decima procurationis nostre domus in annona et in ceteris rebus et cum omni decima hominum nostrorum illius provincie videlicet FRANCORUM et ANGLORUM et dimidiam partem totius nostri piscis de NETH et molendinum de CLOADA et prata omnia que sunt a supradicto molendino usque ad fossatum nove ville et ab eodem fossato usque ad aquam de NETH; et omnia illa que habemus in villa L' AISSA in feodo quam teneo de eo. In DEVENSIRA quinque denarios; videlicet BEDISEO et CRINCHENTONA et viginti solidos in villa de LYTHEHAM: et terram quam ego teneo de MAURICIO salvo redditu ipsius MAURICII; id est decem solidos ad festum Sancti MICHAELIS et molendinum de PANDELIA cum multura hominum in illo feudo manentium quam teneo de RICARDO SANCTI QUINTINI et domum molendinarii cumduabus acris terre. Et hec concesserunt MAURICIUS et RICARDUS ante Comitem et Comitissam et ante WILLIELMUM filium suum Hec omnia damus libere et quiete et absque

ulla seculari exactione et Henrici Regis Anglorum patrocinio et concessione et Roberti Consulis Gloucestrensis et Mabilie uxoris sue Comitisse et Willielmi filii sui voluntate. Eo tenore quod Abbas Savigneiensis ecclesie et conventus ejusdem in eadem elemosina conventum monachorum perhenniter inibi sub Abbate permansurum instituent Hujus donationis sunt testes Gardinus Capellanus et Torbertus Capellanus et Picotus Robertus Dapifer Odo filius suus Robertus filius Ber Mauricius Ricardus de Sancto Quintino Robertus de Umfranvilla Paganus de Torbivilla Willielmus Pincerna Robertus filius Acelinæ Thomas de Estona Rogerus de Newtona Girolt de Bosco Herbertus Robertus de Grainvilla Willielmus de Reivilla Et ego Robertus de Glocestria Comes has omnes res in meo patrocinio custodia et defensione suscipio et Abbas ibidem canonice constituatur.

VII.

DE TREYGOF.

[Cart^um^ S^ti^ Petri Glouc: i. 115.] 1130—39

Robertus Comes Gloucestriæ dedit ecclesiæ S^ti^ Petri Gloucestriæ Treygof. Idem Robertus Comes Gloucestriæ filius Regis, dedit monachis S^ti^ Petri Gloucestriæ Treygof et Penhou cum aliis pertinentiis suis. Insuper quietos eos fecit, et homines suos, insuper et prioratum de Ewenny a theloneo per totam terram suam, tempore Walteri de Lacy Abbatis

VIII.

CONFIRMATIO STEPHANI REGIS DE DIVERSIS TERRIS.

[Cartul^m^ S^ti^ Petri Glocss: i. 223] 1138.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Christi mcxxxviii Ego Stephanus Rex Anglorum anno regni mei tertio etc confirmavi ecclesie S^ti^ Petri de Gloucestria etc etc. ecclesiam S^ti^ Cadoci de Lankarvan cum terra

que vocatur Treigof ex dono Roberti filii Hamonis ...etc..., ecclesiam S^{ti} Michaelis de Huggemora et S^{tæ} Brigidæ virginis cum omnibus ad ipsas pertinentibus etc etc. Valete.

IX.

CONFIRMATIO ROBERTI CONSULIS, DE EWENNY.

[Cartul^{um} S^{ti} Petri Glouc: ii. 135.] 1139—47.

Robertus Regis filius Gloucestriæ Consul, Uthredo Landavensi Episcopo et Roberto Norr' Vicecomite de Glammorgan etc etc. Sciatis etc...presenti carta mea confirmasse totam illam elemosinam Priori et prioratui de Ewenny, et monachis ibidem commorantibus, quam fecerunt Mauritius de Londonia et Gilebertus de Turbevilla, omni eo modo quo cartæ eorum testantur. Et addo ex parte mea viginti et unam acram terræ arabilis juxta villam de Kenefec, cum uno burgagio in vico occidentali usque ad aquam nigram extra portam villæ de Kenefeke, ut præfatus Prior ita libere possideat donum meum, et quicquid ei collatum est vel posset conferri ab aliquo in terra mea, sicuti aliqua res melius et liberius et integrius potest in mundo possideri vel haberi.

Do etiam dicto Priori ut liber sit et quietus ab omni theloneo, et consuetudine, et sequela, et absolute omni demanda. Et volo quod omnes servientes de curia sua quieti sint ab omni theloneo et consuetudine per totam terram meam. Et volo ut prefatus Prior in terra mea omnem habeat libertatem, nec a ballivis meis ab eodem exigatur, preter orationes, sed fortiter prohibeo, sub forisfactura decem librarum, ne aliquis in terra mea supradictum Priorem molestare presumat de aliqua possessione quam tenet nomine elemosinæ vel tenere poterit, sed Vicecomes meus de Kairdif qui pro tempore fuerit eundem defendat et manuteneat cum omnibus suis possessionibus veluti res proprias meas. Et tam Mauritius de Londonia quam Gilebertus de Turbevilla, in omnibus quo ad suas elemosinas, dictum Priorem aquietabunt. Istam autem libertatem quam memorato Priori et suis successoribus contuli. Totum hoc feci amore beati Michaelis Archiangeli. Cujus donationis testes sunt, dominus Uthredus Landavensis Episcopus, etc.

X.

GILBERTUS ABBAS GLOUC: DE TERRIS APUD PENNUN.

[CARTum Sti PETRI GLOUC: II. 188.] 1139—48.

Sciant presentes et futuri, quod ego G: Abbas GLOUCESTRIE, totusque conventus ejusdem, concessimus HUGONI, et ROBERTO filio ejus, et RADULPHO filio RADULPHI, apud PENNUN et LANKARVAN, totam terram LEORICI monachi antecessoris eorum, cum pratis et ceteris eidem terre pertinentibus. Tenendam de nobis pro eodem servitio quod idem LEORICUS et antecessores ejus dominis suis ex ea fecerunt, hac conditione, quod prefatus HUGO et ROBERTUS et RADULPHUS fidelitatem vite et membrorum atque terreni honoris mihi G: et ecclesie nostre, et monachis nostris, a die illa usque in sempiternum, fecerunt, pacem firmam omnibus nostris dederunt, sacramento confirmaverunt. Apud GLOUCESTRIAM. Hiis testibus. etc.

XI.

DE TREYGOF ET LANKARVAN.

[CARTum Sti PETRI GLOUC: II. 10.] 1139—48.

ROBERTUS regis filius GLOUCESTRIE Consul, WTHREDO LANDAVENSI Episcopo et ROBERTO NORR' Vicecomiti de GLAMMORGAN et omnibus baronibus suis et amicis et fidelibus et FRANCIS et ANGLIS et WALENSIBUS, salutem.

Sciatis me pro salute anime mee et M[ABILIE] Comitisse, et antecessorum et successorum meorum, dedisse et concessisse, et hac presenti carta confirmasse, in puram et perpetuam elemosinam, ecclesie Sti PETRI GLOUCESTRIE, Abbati et Monachis ejusdem loci, villam de TREIGOF cum terra de PENNUNE et omnibus aliis pertinentiis suis; similiter et ecclesiam de LANKARVAN cum omnibus terris et decimis ad eam pertinentibus, ita libere et quiete ut mihi vel heredibus meis nihil reservem, nisi tantum orationum devotiones. Volo etiam et precipio quod dicti Abbas et conventus quieti sint per totam terram meam a theloneo quicquid emerint ipsi vel servientes sui de curia sua ad opus eorum. Similiter et confirmo totam illam elemosinam prioratui de EWENNY quam MAURICIUS de LONDINIA eis contulit. Teste MABILIA Comitissa.

XII.

QUALITER CONTROVERSIA QUIEVIT INTER HUCTRED^m LAND^m EP^m ET ROGERUM ABBAT^m THEOKESBERIÆ.

[COTTON M. S. CLEO; A VII. P. 68b. N: MON: II 67.] 1146.

Carta HUCTREDI LANDAVENSIS Episcopi facta ROGERO Abbati THEOKESBERIÆ et conventui, interventu et concessu ROBERTI CONSULIS GLOUCESTRIÆ, anno ab incarnatione Domini MC XLVI de controversia quæ fuit inter prædictos Episcopum et Abbatem et monachos, de decimis et aliis rebus, viz: de calumpnia quam idem Episcopus moverat versus eos de eisdem, cujus continentia talis est. Idem Episcopus concedit Deo et ecclesiæ beatæ MARIÆ THEOKESBERIÆ et monachis habere et tenere pacifice et quiete, omnes decimas, elemosinas et beneficia quæ in illo episcopatu sunt eis datæ, vel de cætero canonice dabuntur. Et pro hac concessione remiserunt Abbas et monachi prædicto Episcopo quietam totam decimam illam, quam habebant de dominicis culturis Comitis GLOUC: in mora inter TAF et ELY. Et preterea duas partes decimæ de MALTHELEMAUR, quas tenebant, et decimam terræ pertinentis ad capellam Sancti JOHANNIS quam habebant et quam dixit Abbas pertinere ad Sanctum LEONARDUM. Concedit etiam eisdem Episcopus, ut quicunque ejusdem episcopatus corpus suum voluerit ad THEOKESBURIAM deferri, deferratur, ita ut prius LANDAVENSEM ecclesiam respiciat.

XIII.

DE THELONEO AC QUIETANTIIS.

[HIST; S^ti PETRI GLOUC: I. 116.] 1147—83.

Carta WILLELMI Comitis GLOUCESTRIÆ, qua quietam fecit ecclesiam S^ti PETRI GLOUCESTRIÆ et homines suos de theloneo in villa BRISTOLLIÆ. Item carta ejusdem de aquietantia apud BRISTOLLIAM, KEYRDYF, NOVUM-BURGUM, etc etc.

XIV.

CARTA DONATIONIS SIWARDI AD MARGAN.

[CART: HARL: 75 A. 8.] 1147—83.

WILLIELMUS Comes GLOECESTRIE Vicecomiti suo omnibusque baronibus suis et probis hominibus salutem. Sciatis me dedisse monachis Sanctæ MARIE de MARGAN SIWARDUM Palmiferum cum domo suo et curtillagio ad hospitium per manum ROBERTI filii mei liberum et quietum ab omni seculari servicio. Testibus H: Comitissa GLOECESTRIE HAMONE filio GEUFFRIDI Constabularii HUBERTO dapifero ROBERTO de ALMERI dapifero ADAM de ELI ALANO de WARNESTEDA ELIA clerico. Apud BRISTOU.

XV.

CONFIRMATIO MABILLÆ COMITISSÆ.

[CARTum Sti PETRI GLOUC: II. 50.] Circa I148.

M. Comitissa GLOUCESTRIÆ, et WILLIELMUS Comes filius ejus, WILLIELMO filio STEPHANI Constabulario suo, etc. Sciatis etc similiter confirmamus donationem villæ de TREIGOF, et ecclesiæ de LANKARVAN. et terræ de PENNUN, quam fecerunt prædecessores nostri, pro salute animarum suarum, prædecessorum, atque successorum suorum, monasterio Sancti PETRI GLOUCESTRIÆ.

XVI.

CARTA WILL: COM: GLOUC: BARONIBUS SUIS ETC.

[CARTum Sti PETRI GLOUC: II. 140.] 1147—69.

WILLELMUS Comes GLOUCESTRIÆ, omnibus baronibus suis et ballivis suis de ANGLIA et de WALLIA, salutem. Sciatis me concessisse, et hac mea carta confirmasse, Deo, et monachis GLOUCESTRIÆ, pro salute animæ meæ, et HAWISIÆ Comitissæ meæ, et ROBERTI filii mei, et omnium antecessorum meorum, manerium de TREYGOF in GLAMMORGAN, cum terra de PENNUN, et omni-

bus aliis terris ad dictum manerium pertinentibus, et ecclesiam Sancti Cadoci de Lancarvan, cum decimis, et terris, et domibus dictæ ecclesiæ, et hortis ultra torrentem qui dividit cimiterium illud et dictas domos, et omnibus aliis rebus ad dictam ecclesiam pertinentibus, ita libere et pacifice, sicut aliqua elemosina melius et liberius potest dari. Et volo quod homines Abbatis Gloucestriæ, cum omnibus prioratibus suis, sint liberi et quieti in perpetuum ab omni theloneo et demanda aliqua per totam terram meam apud Bristolliam, et Novum Burgum, et Kaerdivium, absque alicujus calumnia, cum ad proprios usus suos aliquid emerint vel vendiderint. Et prohibeo fortiter, sub forisfactura decem librarum, ut nullus molestet dictum Abbatem Gloucestriæ qui pro tempore fuerit, neque priores suarum cellarum, sed manuteneantur, et negotia illorum tanquam mea propria, promoveantur, etc etc.

XVII.

CONCESSIO WILLmi COM: GLOUC: BURGAGII IN KARDIFF.

[Cott: m: s: vitellius. v. xi. 100b.] 1147—83.

W[illielmus Comes Gloucestriæ Vicecomiti sui de Glamorgan et prepositis de Kardid et omnibus hominibus suis Francis et Anglicis atque Galensibus salutem.

Notum vobis facio quod ego concessi Stemoro et heredibus suis burgagium suum in Kardid tenendum pro xii denariis per annum de quo prius solebat reddere ij solidos.

Testes Ricardus Abbas de Neth et Willielmus de Bosco tunc vicecomes et Robertus filius Ricardi et G. Croc et Haimundus de Galoniis et Rogerus filius Esmundi tunc prepositus de Kardid et Ricardus filius Godmundi et Walterus filius suus et Radulfus filius Edwak et Robertus de Dunstoy.

XVIII.

CARTA WILL[mi] COM[tis]. DAPIFERO SUO, ETC.

[ADD. CHART. NO: 7715.] 1147—8.

WILLIELMUS Comes GLOUCESTRIÆ Dapifero suo et Baronibus suis et Vicecomiti suo de GLAMMORGANIA et omnibus hominibus suis FRANCIS ANGLICIS atque WALENSIBUS salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse in puram et perpetuam elemosinam Deo et ecclesie beate MARIE et beati martiri THOME quam construxi apud KARDIF x solidos de redditu meo in Novo-BURGO meo quod feci ubi gardinum meum fuit extra villam de KARDIF. Quare volo et firmiter precipio quod eos habeat annuatim de me et de heredibus meis sicut puram et perpetuam elemosinam meam. Testibus HAWISYA Comitissa HAMONE de VALONIIS RICARDO de KARDIF EGID. de PURBIC: HAMONE CRASSO WIDONE de RUPE ALEXANDRO de THICHESIA JORDANO Clerico.

XIX.

DE LANCARVAN.

[CART[um] S[ti] PETRI GLOUCES: II. 14.] 1139—48.

H[ENRICUS] WINTONIENSIS Dei gratia episcopus, et Sanctæ Sedis Apostolicæ legatus, dilecto filio suo UTHREDO, LANDAVENSI episcopo, salutem, gratiam, et benedictionem.

Dilectus filius noster GILEBERTUS abbas GLOUCESTRIÆ conquestus est nobis, quod in parochia ecclesiæ suæ de LANCARVAN capellæ noviter, ipso reclamante, constructæ sunt; unde vobis mandamus, et mandando præcipimus, ut in illis divina celebrari officia non sinatis, nec alias ulterius in eadem parochia nisi ipso volente, ædificari permittatis. Nam ecclesias ejus omnes quas in vestra diœcesi habet, illam scilicet de LANCARVAN, et alias quas ex dono MAURICII de LONDONIA suscepit, videlicet ecclesiam Sancti MICHAELIS, et ecclesiam Sanctæ BRIGIDÆ, cum omnibus pertinentiis et additamentis earum, in protectione nostra suscipimus, et earum subjectionem ecclesiæ GLOUCES-

TRIÆ in perpetuum præsenti scripto assignamus. Valete.

XX.

DE EWENNY.

[HIST: STI PETRI GLOUCES: I. 75.] 1141.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo primo MAURICIUS de LONDONIA, filius WILLELMI de LONDONIA, dedit ecclesiæ Sti PETRI GLOUCESTRIÆ, ecclesiam Sti MICHAELIS de EWENNY, ecclesiam Stæ BRIGIDÆ cum capella de UGEMOR de LANFEY, ecclesiam Sti MICHAELIS de COLVESTONE, cum terris, pratis, et omnibus aliis rebus ad eas pertinentibus, libere et quiete, in puram elemosinam, ita ut conventus monachorum fiat. Insuper et ecclesiam de OSTRENUWE in GOER, ecclesiam de PENBRAY, et ecclesiam Sti ISMAELIS cum terris & &, THEOBALDO Archiepiscopo CANTUARIENSI confirmante, tempore GILBERTI Abbatis.

XXI.

DE CAPELLIS IN LANCARVAN.

[CARTium S: PETri GLOUC: II. 14.] 1139—48.

THEOBALDUS Dei gratia CANTUARIENSIS archiepiscopus, UTHREDO dilecto fratri, eadem gratia LANDAVENSI episcopo, salutem et benedictionem.

Mandamus vobis, atque mandando præcipimus, ut in capellis quæ in parochia Sancti CADOCI de LANCARVAN absque assensu et voluntate abbatis GLOUCESTRIÆ nuper constructæ sunt, divinum officium fieri non sinatis, nec amplius alias fieri, aut in aliquo jus præfatæ ecclesiæ minui permittatis, et parochianos redditus, et decimas persolvere, rigore justitiæ coerceatis. Illam namque, et alias quas habent ex dono MAURICII de LONDONIA, videlicet ecclesiam Sancti MICHAELIS, et ecclesiam Beatæ BRIGIDÆ, cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, in tutelam et protectionem nostram suscipimus, et præsenti scripto ecclesiæ GLOUCESTRENSI in perpetuum assignamus. Valete.

XXII.

CARTA WILL: DE LONDONIA.

[CARTium Sti PETRI GLOUCESTRIÆ. II. 229.] 1149—83

NICHOLAO Dei gratia LANDAVENSI episcopo, et omnibus Stæ Ecclesiæ filiis, et fratribus suis RICARDO, et JOHANNI, et heredibus suis, WILLELMUS de LONDONIA veram salutem in gratia Dei Omnipotentis, Patris, et Filii et Spiritus Sancti.

Notum sit omnibus Deum diligentibus, me concessisse et sigilli mei impressione confirmasse, donationem quam MAURICIUS de LONDONIA pater meus dedit ecclesiæ Sti PETRI de GLOUCESTRIA, scilicet ecclesiam Sti MICHAELIS de EWENNY, et ecclesiam Stæ BRIGIDÆ, cum terris, et decimis, et omnibus beneficiis quæ ad illas pertinent, et totam possessionem terræ quæ est secus amnem qui vocatur EWNI prope ecclesiam Sti MICHAELIS, cum prato et molendino, et silvula quæ est ad australem partem torrentis ALUN, et totam terram quæ est ex parte silvulæ a terra ROBERTI de LANDENE usque ad pascua equorum domini et ex parte orientis totam terram de domo EDRICI vicecomitis usque ad ripam EWNI, et centum acras quas habeo in feodo de ecclesia THEOKESBURYÆ pro viginti solidis per singulos annos, et ad aquitandum me de illis viginti solidis per singulos annos accresco et do illas sexaginta sex acras de feodo de COLWINSTONE similiter et ecclesiam Sti MICHAELIS de COLWINSTONE cum terris et decimis quæ ad illam pertinent, etc, etc. Ego WILLELMUS hanc donationem signo crucis confirmo. Ego ADELAYS mater ejus subscribo. Ego ROBERTUS de CANTILUPO subscribo. Etc etc.

XXIII.

CONVENTIO INTER ABBATEM STI PETRI ET DOMINUM ROBERTUM HARDING.

[CART: STI PET: GLOU:. II. 139] 1146.

Sciant presentes et futuri, quod hæc est conventio facta inter abbatem

et conventum Sti PETRI GLOUC: et dominum ROBERTUM HARDING, anno Incarnationis Dominicæ MCXLVI, in festo Beati MICHAELIS, quod ego ROBERTUS HARDING recepi manerium de TREYGOF in GLAMMORGAN, cum terra de PENNUM, et cum aliis terris et redditibus omnibus ad dictum manerium pertinentibus, et ecclesiam de LANCARVAN, cum domibus et curtilagiis et decimis ad dictam ecclesiam spectantibus, de dictis abbate et monachis, usque ad terminum quinquennii sequentis, pro quaterviginti libris argenteis.

Ita quod si memoratus abbas possit vel velit dictam pecuniam mihi vel uxori meæ vel heredibus meis ante prefatum terminum persolvere, computato rationabiliter commodo rerum receptarum ex parte mea; dummodo fuerit mihi vel meis satisfactum, ego et heredès mei absque omni difficultate dictum manerium de TREYGOF et prefatam ecclesiam cum omnibus prenominatis dictis abbati et conventui restituemus.

Hujus conventionis testes sunt, dominus WILLELMUS comes GLOUCESTRIÆ et totus comitatus de KAIRDIF.

XXIV.

DE LANCARVAN.

[CART: STI PETRI GLOUC: II. 12.] 1149—79.

N[ICHOLAUS],Dei gratia LANDAVENSIS ecclesiæ minister humilis, omnibus ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem in Domino.

Notum vobis facimus, quod URBANUS archidiaconus noster LANDAVENSIS recepit a domino abbate GLOUCESTRIÆ HAMELINO custodiam ecclesiæ de LANCARVAN, cum omnibus pertinentiis suis, exceptis decimis de TRAYGOF, pro sexaginta solidis per annum, et tactis Sacrosanctis Evangeliis, et in Verbo Veritatis se juramento constrinxit, quod fidelis erit monasterio GLOUCESTRIÆ, et quod nec artem, nec ingenium exquiret, quo per tenuram suam monasterium prædictum aliquod detrimentum incurrat, et quod præfatum censum fideliter persolvet annuatim hiis terminis, medietatem ad Pascha, et medietatem ad festum Sancti MICHAELIS. Juravit etiam quod si

a solutione prænominati census infra octabas terminorum defecerit, restituet monachis Gloucestriæ præfatam ecclesiam absque omni reclamatione sua vel suorum, et libere nobis audientibus concessit ut districtiori sententiæ subjaceat, si postquam a solutione defecerit, eandem ecclesiam monachis detinere præsumpserit.

Quod quia ratum volumus permanere, præsenti scripto sigillum nostrum apposuimus, etc etc.

XXV.

DE LANCARVAN.

[Cart: Sti Petri Glouc: ii. 13.] 1149—83.

N[icholaus], Dei gratia Landavensis episcopus, universis Sanctæ Matris ecclesiæ filiis, salutem et benedictionem.

Notum facimus caritati vestræ, quod Urbanus archidiaconus noster, divinæ ductu pietatis, et amore venerabilium fratrum nostrorum monachorum Gloucestriæ, in presentia nostra renunciavit juri, si quod habebat, in ecclesia Sancti Cadoci de Lancarvan, quæ de jure ad eosdem monachos pertinere dinoscitur. Et eandem ecclesiam coram nobis et pluribus tam clericis et laicis abjuravit, quod et prius in capitulo predictorum monachorum tactis fecit evangeliis. Quoniam autem ad nostrum spectat officium paci et quieti omnium, præsertim Deo servientium, devotius intendere, præfatam renunciationem præsentis scripti serie testificamur, et prænominatam ecclesiam liberam et quietam cum omnibus pertinentiis suis Deo et ecclesiæ Beati Petri confirmamus, præsentem cartam sigilli nostri munimine roborantes, etc etc.

XXVI.

DE LANCARVAN.

[Cart: Sti Petri Glouc: ii. 13.] 1149—83.

Nicholaus, Dei gratia Landavensis episcopus, J: decano de Pennune, et Waltero de Mech', et O: de Lande', et W: de Sto Hyllario, salutem et benedictionem.

Mandamus vobis, et in vi obedientiæ injungimus, quatinus proxima die Jovis post Pascha, omni occasione remota, ad LANKARVAN veniatis. Sciatis enim quod WILLIELMUS archidiaconus ecclesiam de LANKARVAN in manu mea et abbatis GLOUCESTRIÆ liberam et quietam absque omni calumnia tradidit, et se dimisit; inde est quod mandamus vobis, et mandando precipimus, quatinus nuncios abbatis et monachorum GLOUCESTRIÆ de predicta ecclesia Sti CADOCI cum omnibus ad eam pertinentibus vice mea saysiatis, et si qui[que] aliquam vobis vim fecerint, sententiam ecclesiasticam auctoritate mea in illos exerceatis.

XXVII.

DE LANCARVAN.

[CART: STI P: GLOUC: II. 11.] 1163—83.

Omnibus Sanctæ Matris ecclesiæ filiis, NICHOLAUS, Dei gratia LANDAVENSIS episcopus, perpetuam in Christo salutem.

Universitati vestræ notum fieri volumus, quod RADULPHUS LANDAVENSIS archidiaconus in presentia nostra ecclesiam Sancti CADOCI de LANKARVAN, tenendam de abbate et conventu GLOUCESTRIÆ, sub tali conditione suscepit, quod si sexaginta solidos eis annuatim statutis terminis vel infra octavum ab eis diem non solverit, cadet a jure et possessione ipsius ecclesiæ, ita ut neque appellationis obstaculum, neque reclamatio, neque contradictio, per ipsum vel per alium facta, sibi prosit aut valeat, quin monachi statim eam auctoritate propria sicut suam et vacantem cum pertinentiis suis libere ingrediantur et plena integritate possideant. Capellanos etiam deinceps in eadem ecclesia ministraturos predicto abbati et monachis jurare faciet, quod si ipse a predicta solutione defecerit, reddita statim monachis GLOUCESTRIÆ clave ejusdem ecclesiæ, et nullo sibi jure inibi retento, sed ipsis monachis in ea receptis absque omni impedimento et prejudicio, liberi ab omni obligatione qua predicto RADULPHO super memorata tenebantur ecclesia, non per eum decætero sed per monachos si voluerint et ipsi ministrabunt.

De hiis omnibus fideliter et legitime conservandis memorato abbati et monachis idem RADULPHUS archidiaconus juratoriam prestitit cautionem, et in presentia domini CANTUARIENSIS et GILB: LONDINENSIS episcopi et nostra conventionem istam recognitione et confessione propria roboravit. Inde est quod ecclesiasticæ paci debitam adhibere volentes cautelam, predictam conventionem auctoritate nostra et presentis scripti testimonio communimus et corroboramus, etc.

XXVIII.

DE LANCARVAN.

[CART: STI PETRI GLOU: II. 11.] 1163—88.

Dilectis sibi in Domino universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos istæ litteræ pervenerint, frater G: LONDINENSIS ecclesiæ minister, salutem in CHRISTO.

Sicut ex recognitione et confessione RADULPHI archidiaconi LANDAVENSIS, sicut etiam ex litteris ejus signatis, accepimus ecclesiam Sancti CADOCI de LANCARVAN de abbate et conventu GLOUCESTRIÆ, interveniente auctoritate dyœcesani episcopi, sub hoc tenore habendam ipse suscepit, quod si sexaginta solidos memoratis fratribus annuatim statutis terminis, vel infra octavum ab eis diem non reddiderit, cadat a jure et possessione ipsius ecclesiæ, ita ut neque appellationis obstaculum, neque reclamatio, neque contradictio, per ipsum vel per alium facta, ei debeat suffragari, quominus monachi statim auctoritate sua, inconsulto episcopo et ministris ejus, eandem adeant et ingrediantur ecclesiam, et tanquam suam et tanquam vacantem cum pertinentiis suis omnibus libere et quiete possideant. Capellanos etiam postmodum in eadem ecclesia ministraturos predicto abbati et monachis jurare faciet, quod si a predicta solutione cessaverit, reddita mox eis clave ipsius ecclesiæ, ipsisque in ea sine impedimento receptis, absoluti ab obligatione qua illi tenebantur astricti, non per eum deceætero sed per monachos, si monachi voluerint, inibi ministrabunt, si minus, penitus decessuri.

Quod quia pleno partium hinc inde assensu, juratoria quoque cautione a RADULPHO prestita, firmatum est, et auctoritate dyœcesani episcopi comprobatum.

Nos quoque, ne indubium decætero id queat revocari, presenti scripto vobis notificare, et sigilli nostri attestatione, coram universitate vestra testificari curavimus. Hiis testibus.

XXIX.

N: LANDAV: EPISCOP: COMPOSITIONEM CONFIRMAT.

[COTT: M.S. CLEOP: A.VII 69.] 1153—61.

Carta NICHOLAI LANDAV: episcopi confirmantis ecclesiæ de THEOKESBURIA et ROGERO abbati decimas omnes et beneficia et ecclesias, quæ in episcopatu LANDAV: ecclesiæ de THEOKES: data sunt, vel in futurum canonice dabuntur; corpora etiam eorum quicunque fuerint, qui se dederint in futurum ecclesiæ de THEOKES:; ita tamen ut respiciant matricem ecclesiam de LAND:. Confirmat etiam conventionem et concordiam quæ facta sunt inter HUCTREDUM predecessorem suum episcopum LANDAVENSEM et ROGERUM abbatem THEOKESBURIÆ et LANDAV: ecclesiam et THEOK: sicut carta ipsius HUCTREDI testatur.

XXX.

CARTA N: LAND: EP: CONFIRMANTIS S. M. THEOK: BENEFICIA QVÆ HABENT IN EPISCOPATU SUO.

[COTT: M. S. CLEOP: A VII. 68.] 1153—83

Carta NICHOLAI LANDAVENSIS episcopi confirmantis ecclesiæ Stæ MARIÆ THEOK: et monachis omnes ecclesias et beneficia sua cum pertinentiis suis quæ in illo episcopatu habent ex fidelium Christi largitione: videlicet ecclesiam parochialem Stæ MARIÆ de KAYRDIF cum capella de castello, capellam Sti JOHANNIS, capellam Sti THOMÆ, capellam de RAHT, capellam de Sti DIONI-

sii de Kibur, capellam de Liffenni, capellam Sti Edern, capellam de Lanbordan cum omnibus pertinentiis suis infra burgum et extra, et decimam dominicorum reddituum comitatu de Kairdif et de toto dominico suo in Wallia; ecclesiam de Londocham pertinentem ad ecclesiam de Kairdif cum capella de Leotwtha, et capella de Cogan, cum terris et reliquis pertinentiis suis, ecclesiam de Landiltuit cum capella de Liswini; capellam Sti Bartholomæi, capellam Sti Cujani de Cherleton cum pertinentiis suis de Lanbari et de Lanparan et de Sto Nicholao, et cum reliquis pertinentiis suis; ecclesiam Sti Leonardi de Novo-castello, cum capella Sti Theducti; capellam de Lathelestuna, capellam in nemore ex orientali parte Leveni, capellam Sti Thomæ in terra quam W: com; Gloucestriæ dedit Willielmo filio Henrici inter aquas de Avena et Neth; ecclesiam Sti Jacobi de Keneseg cum capella Sti Thomæ in eadem villa, capellam de Cornbli que est villa Thom: capellam Sti Wenduni de villa Walteri Lupelli, capellam Sti Thomæ de Creitic, capellam Sti Cunioth de Leveni cum omnibus reliquis pertinentiis suis, tam ecclesie Sti Leonardi quam ecclesie de Keneseg, de Landbleth cum capella Sti Donati, capellam Sti Jacobi de Landcoman, capellam Ste Lenwaræ de Lathawa cum reliquis pertinentiis suis. Hæc autem capella eo tenore dedicata est et sepeliendorum corporum permissio facta, ne cederet in dampnum ecclesiæ de Landbleth ad quam jure parochiali pertinet. Concedit etiam ut rectoribus earum discedentibus, vicarios idoneos, scilicet sacerdotes in eis instituant monachi, qui episcopo respondeant de spiritualibus, assignata eis honesta sustentatione. Reliquas vero possessiones illarum tam in decimis quam in terris, in usus suos committant. Confirmat autem eis omnes decimas quas in illo episcopatu legitime obtinuerunt, viz. duas partes decimæ dominii de Crenemarestune, duas partes decimæ dominii Rogeri de Sumeri, medietatem decimæ dominii de Sto Fagano, duas partes decimæ dominii de Sto Nicholao, duas partes decimæ dominii de Bonlemlestun, duas partes decimæ dominii de Wufa, duas partes decimæ dominii de Man-

WREKESTUN, duas partes decimæ dominii quod fuit HUGONIS de GLOUCESTRIA, duas partes decimæ dominii de TREIGOF, medietatem decimæ dominii WILLIELMI de LOND: et C acras terre apud WUGGEMORE, duas partes decimæ dominii de PENMARC, duas partes decimæ dominii quod nunc est monachorum de NETH apud ESSAM, duas partes decimæ dominii de MAROIS, duas partes decimæ dominii de Sto DONATO, duas partes decimæ dominii de COITIFF et NOVOCASTELLO. Et confirmat eis terras, que in elimosinam eis datæ sunt, villulam quæ dicitur LANDOCHAN, terram quam dedit WALTERUS de LANDBLECHE, terram quam dedit ROBERTUS filius NIGELLI, terram quam dedit WALKELINUS, dictam LANDOADHELE, totum brachium aquæ de TAF ex quo exit, et etiam pratum ultra aquam juxta ecclesiam.

XXXI.

DE PRIMA FUNDATIONE ECCLESIÆ S. JACOBI DE KENESEG.

[M S. COTT; CLEOP: A.VII.] 1147—83.

Carta W[ILLELMI] Comitis testificantis, quod ipse requisivit abbatem et conventum THEOKESBERIÆ ut permitterent HENRICO THUFARD clerico ejusdem com[itis] erigere ecclesiam in KENESEG tenendam dum vixerit ab ipsis, solvendo pensionem II solidorum ad festum omnium Sanctorum, sine minoratione aliqua decimarum suarum quas antiquitus habebant; ita ut post decessum ipsius HENRICI, edificia et virgulta et cetere emendationes in terra ecclesie facte, et ornamenta ecclesie in ipsa ecclesia, sicut sua propria perpetuo remanerent. Ita etiam quod si ministri dicti com[itis] de aliqua parochia ipsius abbatis in parochiam de KENESEG causa guerre, vel majores pasture oves suas vel vaccas removerent et ibi non sint remanentes residue, decimam habebit illarum.

XXXII.

REX HENRICUS DE DECIMIS IN KIBUR.

[COTT; M.S. CLEOP; A. VII.] 1154—89.

Breve HENRICI Regis secundi directum ROGERO de SUMERI, et ceteris omnibus qui terras excolunt in foresta de KIBUR, precipiens ut plenarie et sine dilatione reddant monachis de THEOKESBERIA omnes decimas et elemosinas suas de terris suis de bosco et de plano de KIBUR, sicut melius et plenius et integrius eas habuerunt tempore HENRICI regis avi sui vel postea.

XXXIII.

N: LANDAV; EPISCOPUS DE TERRA DE BLACKESCERRE.

[HARL: CHART: 75. A. 15.] 1153—83.

N: Dei gratia LANDAVENSIS episcopus presentibus et futuris salutem. De his que in nostra facta sunt diocesi verum ut decet testimonium perhibemus. Mota erat aliquando controversia inter abbatem de MARGAN et RICARDUM de KARDIF super terra quadam de BLAKESCERRE que in nostra diocesi canonice determinata capitulo litteris et cartis domini Regis et comitis et insuper apostolice sedis privilegiis abbatie de MARGAN adjudicata ut pura elemosina et ecclesiastici juris possessio; conprobavit preterea idem abbas in eodem capitulo qui terram illam in elemosinam possedeat x annis et eo amplius antequam RICARDUS terram in illa provincia accessisset: quia ergo hec omnia veredicorum testium inductione, presbiterorum, clericorum, militum, discussa et probata sunt; ea et nostre humilitatis et testimonio quieti posteritatis et paci utile duximus vestre intimare universitati. Valete.

XXXIV.

CARTA R: DE BERECHROLES DE BASSELECH.

[HEARNE A: DE DOMERHAM II. 607.]

Sciant tam presentes quam futuri quod ego ROGERUS de BERECHROLES

assensu et consilio Cecilie uxoris meæ, Willielmi atque Roberti filiorum meorum, dedi et concessi ac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesiæ Sti Besseli de Basselech omnem terram quam Willielmus pater meus eisdem ecclesiis et monachis ibidem Deo servientibus olim dederat. ... ... Quæ ego dedi quando capellam meam dedicari feci. ... ... Hanc scilicet terram dedi ego eis pro animabus patris et matris meæ et antecessorum meorum et pro salute animæ meæ et uxoris meæ et filiorum meorum et pro servicio xx solidorum quod michi in necessitate mea fecerunt, videlicet molendinum meum adquietandum. Quare volo quod predicti monachi habeant et in perpetuam elemosinam teneant predictas terras cum omnibus earum pertinentiis libere integre et honorifice quietas ab omni servitio et exactione et consuetudine quæ ad me vel ad heredes meos pertinent in perpetuum. Hiis testibus Cecilia uxore mea Willielmo filio meo Willielmo Walense Johanne de St Lo radulfo filio Somery Helia decano de Basselech Radulfo capellano Wurgano capellano Blederio Wuruno Marondht Wedestrech Johanne filio Iweil Waltero ap Cradock Kadmon de Risca Wilfrid fratre ejus.

XXXV.

DE FUNDATIONE PRIORATUS DE KEYNSHAM.

[N: Monast: vi. 452.] 1169.

W: Comes Gloucestriæ omnibus baronibus et hominibus suis Francis et Anglis atque Walensibus et universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, salutem.

Sciatis quod Robertus filius et hæres meus positus infirmitate qua Deo ita volente ex hac vita subtractus est Deo sibi inspirante coram viris religiosis postulavit ut pro salute animæ ipsius domum religionis construerem quam petitionem et desiderium filii mei cum domino meo

Regi H: filio MATILDIS imperatricis significassem et ipse me de hac re sua gratia benigne audisset, consilio domini ROGERI WIGORNENSIS episcopi fratris mei, et aliorum religiosorum et fidelium meorum, pro salute domini mei Regis, et pro salute animæ meæ, et HAWISIÆ comitissæ uxoris meæ et predicti filii nostri ROBERTI, et aliorum liberorum nostrorum et antecessorum, ad honorem Dei et beatæ MARIÆ et sanctorum Apostolorum PETRI et PAULI, abbatiam canonicorum regularium in manerio meo de CHEINESHAM fundavi, etc, etc. Hiis testibus ROGERO WIGORNIENSI episcopo BARTH: EXON: episcopo HAMEL abbate GLOUCESTRIÆ A; abbate de EVESHAM ROBERTO abbate PERSORENSI BALDWINO abbate FORD C: abbate de MARGAN R: abbate de NETHE R: abbate Sti AUGUSTINI de BRISTOLL: ANDREA abbate de WIGORNIA S: priore de TANTONE PHILIPPO priore de BRIWETONE SIMONE archidiacono WIGORNIÆ MATHEO archidiacano GLOUC: S: et SILURA clericis domini WIGORNIÆ episcopi HAWISIA comitissa GLOUC: RICARDO de CARD: tunc dapifero HAMO de VALORIIS constabulario ROGERO WITHENG SIMONE de Sto LANDO ROGERO de BERKES HELIA filio ROBERTI WILLIELMO de CARIL et SIMONE fratre ejus GISLEBERTO D'AUMARIE WILLIELMO filio GREGORII ROBERTO fratre ejus BARTHOLOMEO de Sto MAURO et aliis pluribus.

XXXVI.

DE CONCESSIONE TERRÆ ROGERI STURMI.

[HARL: CHART: 75 A 9.] CIRCA 1170.

WILLIELMUS Comes GLOUCESTRIÆ vicecomiti de GLAMORGAN et baronibus suis et omnibus hominibus suis FRANCIS et ANGLIS et WALENSIBUS salutem.

Sciatis me concessisse monachis Stæ MARIÆ de MARGAN donacionem terræ quam GALFRIDUS STURMI et ROGERUS filius suus et hæres dederunt eis sicut cartæ eorum testantur. Præterea concedo conventionem

factam inter predictos monachos et Rogerum Sturmi de toto residuo terræ ipsius Rogeri quam tenet de feodo meo in Margan. Scilicet quod ipsi monachi teneant totam terram illam de Rogero ad perpetuam firmam pro dimidia marca argenti annuatim reddenda pro omni servicio Rogero Sturmi et post decessum Rogeri hæredibus suis ita quod Rogerus Sturmi faciat mihi servicium quod facere debet ipse et ante ipsum pater ejus de terra illa. Hanc conventionem concessi et attestatione sigilli mei confirmavi assensu et peticione Galfridi fratris Rogeri cui abbas dedit marcam argenti et unum pullum pro assensu illius Galfridi et si Rogerus defecerit de servicio quod debet mihi de terra facere in nullo alio me capiam ad monachos nisi de illa dimidia marca quam ipsi monachi debent dare annuatim Rogero pro firma. Testibus Hawisia comitissa Hamone de Valoniis tunc constabulario Odone de Tichesia Symone de Cardif Robberto filio Gregorii Gilleberto Almari Robberto Bibois Widone de Rupe Gilleberto capellano Willielmo de Ludwic Eglin de P[u]rb.

XXXVII.

CONFIRMATIO REGIS H: DONATIONUM STO PET: GLOUC:.

[Cart: Sti Petri Glouc: i. 349] 1173.

Henricus etc Rex Angliæ etc archiepiscopis ......et omnibus fidelibus, salutem.

Sciatis me......confirmasse ecclesiæ Sti Petri de Gloucestria......ecclesiam Sti Cadoci de Lancarvan, cum terra quæ vocatur Treygof, ex dono Robberti filii Hamonis; ... ecclesiam Sti Michaelis, et ecclesiam Stæ Brigidæ de Huggemore cum omnibus ad eam pertinentibus ex dono Mauritii de Londinio. ... Testibus Ricardo Cantuarensi archiepiscopo Ricardo Wyntonensi episcopo Rem: Cornubiæ comite Willielmo comite Gloucestriæ Ricardo de Hum: constabulario. Apud Londinium. etc etc.

XXXVIII.

MAGNUS ROTULUS PIPÆ

De Anno Triginta Et Uno Henrici Secundi. 1184—5.

Glamorgan. Mauricius de Berkelay reddit compotum de xlv lis et iiii s et v d de fermis maneriorum de Glamorgan de dimidio anno scilicet de terminis Sancti Johannis et Sti Michaelis de anno preterito. Et de l lis et iii s et ii d de firmis maneriorum ejusdem terre de terminis Sti Andree et Pasche de hoc anno. Et de xxvi lis et vi s de perquisitis ejusdem terre de predictis terminis. Summa c et xxi li et xiii s et vii d.

Et in decimis constitutis monachis de Theokesberia lxvii s et viii d de predictis terminis. Et in liberatione xxvi servientium cum equis et cc et xx servientium peditum de xxv diebus xxxii li et xv s et x d per breve Regis. Et item in liberatione ii servientium cum equis qui faciunt summonitiones iiii li et xvi s per breve Regis. Et Willelmo de Cogan x li ad custodiam castelli de Neth de dimidio anno p. b. R. Et Hamoni de Valoniis c s per preceptum Rannulphi de Glanville. Et Reginaldo filio Simonis x m ad custodiam castelli de Kenefeg p. b. R. Et Waltero Luvel xl s ad custodiam Novi Castri de dimidio anno. Et in reparatione castri de Kenefeg et emendatione portarum et palicii xvi li et xi s et vi d et ob. p. b. R. Et in emendatione castri de Card[if] et domorum lxvi s et vi d. Et in reparatione pontium de Rat et de Reigni versus Card[if] xxxv s et i d et ob. p. b, R. Et pro locandis vi navibus ad deferenda arma et warnisionem ad castrum de Neth viii li et xix s et ob. p. b. R. Et in emendatione ii molendinorum de Lequid et de Kenefeg xix s et iiii d. Et pro locandis vi navibus ad passagium Hamonis de Valoniis cum militibus in Walliam v s. Et in soltis p. b. R. Gilberto de Grames i m pro equo perdito. Et Willelmo Cogan ii m de remanenti liberationis sue de anno preterito p. b. R. Et Waltero Luvel xx s de remanenti liberationis sue de anno preterito p. b. R. Et ad procurationem et custodiam prisionari-

orum WALENSIUM XXXVI s et IX d p. b. R. Et CRADOC et KEDEREC WALENSIBVS I m in donis. Et II servientibus qui faciunt summonitiones II s. Et pro I magna corda et maisremio ad castrum de NETH XX s p. b. R. Et pro feno et semine et aliis minutis rebus ad carrucas predictorum maneriorum LXXVII s et VIII d et ob p. b. R. Et in liberatione PHILIPPI de MARCROS subvicecomitis qui custodivit provinciam de GLAMORGAN XII li et VIII s p. b. R. Et pro II molaribus et maisremio ad reparandum molendinum de LEQUID et [emendationem] portarum et palicii ville de CARD[IF] XIX s et IX d. Et RICARDO servienti de LANDHILWIT dimidiam marcam de mercede sua. Et debet XIX s et XI d.

TERRA DE GUTHLEV. Idem MAURICIUS reddit compotum de XXXIII lis et XI s et X d de redditu assise terre de GUTHLEV de terminis Sti JOHANNIS et Sti MICHAELIS de anno preterito. Et de LIX lis et V s et VIII d de redditu assise ejusdem terre de hoc anno. Et de VII lis et V s et XI d de perquisitis ejusdem terre. Summa C li et III s et V d.

Et in elemosinis constitutis monachorum de Sto JACOBO de BRISTOU C et XVII s de predicto termino scilicet de anno et dimidio. Et monachis de BASELAP et de MAUPASS C et XII s de eodem termino. Et in liberatione V vigilium castelli de Novo BURGO VI li et X s de eodem termino. Et URBANO archidiacono et URBANO decano X m p. b. R. pro dampno quod homines Regis illis fecerant. Et ROBERTO filio WILLELMI C et IIII s et VIII d ad custodiam castelli de REMNI de anno et dimidio. Et in liberatione C servientium castelli de NETH et WILL: le SOR et Walt: de LAGELES XXI li p. b. R. Et in liberatione XXIIII navium que portaverunt maisremium Regis a STRIGUIL ad operationem castri de KENEFEG XIIII li et VIII s p. b. R. Et in emendatione castri NOVI BURGI et domorum et pontium et ad defensionem maris VI li XIIII s et X d et obolum. Et in reparatione pontis de REMNI usque GUNDLEU XXVII s et V d. Et pro I magna corda ad eundem pontem IIII s. Et in reparatione molendini de REMNI XXXVI s et II d.

Et pro vinculis prisionariorum WALENSIUM et justicia de eis facienda XVI d. Et cuidam servienti WALENSIUM qui facit summonitiones VI s de mercede sua de anno et dimidio. Et in custamento excolendi terras et pro feno animalium et semine et mercede servientium et pro aratris et carris et eorum apparatu XXXI s et V d p. b. R. Et in liberatione VI servientium cum equis et X servientium peditum ad custodiam castelli NOVI BURGI IIII l et IIII s p. b. R. Et debet XVIII l et XIII s et II d et obolum.

Idem MAURICIUS reddit compotum de C et X l et III s et IIII d quos recepit per manum HUBERTI WALTERI. Et de LXIX l et XIII s et IIII d quos recepit de HUGONE BARDOLF. Et de LVI l et VI s et VIII d quos RANN: de GLANVILLE ei misit per H: BARDOLF. In liberatione CCC servientium peditum et WILL: le SOR et WALT: de LAGELES et WALT: LUVEL et PAGANO de TURBERVILLA et REGINALDI filii SIMONIS et HOELLI de CARLIUN custodum predictorum servientium qui fuerunt ad custodiam castellorum scilicet NETH et NOVI CASTRI et CARDIF et NOVI BURGI C et X l et III s et IIII d p. b. R. Et item eisdem servientibus ad liberationem suam LVI l et VI s et VIII d p. b. R. Et item in liberatione eorundem servientium LXVI l et XIII s et IIII d ad custodiam predictorum castellorum p. b. R. Et in soltis p. b. R. WALT: LUVEL et JOHANNI de BATH: LX s pro II dexteriis perditis. Et quietus est. ITEM GLAMMORGAN DE DIMIDIO ANNO. HAMO de VALOIGNES reddit compotum de C s quos recognoscit se recepisse de MAURICIO de BERCHLAY de termino Pasche preterito. Et de V m quas recepit de WILL: COGAN de remanenti de warnistura castelli de NETH. et de XX s de redditu assise de NETH de dimidio anno. Et de IIII l XIIII s et II d et obolo de firma KENEFEG prout burgenses ejusdem ville qui hoc anno quieti sunt propter combustionem ville. Et XXXV s et VIII d et ob: de redditu molendini ejusdem ville. Et de XXXIX s et VII d et ob: de firma NOVI CASTRI. Et de VIII s et VIII d de redditu molendini ejusdem ville. Et de XIIII l et XIX s et XI d de firma de LANDA—ITWITH. Et de XVI s et I d de firma de RADF. Et de XVII s et VI d de firma de LEQUID. Et de XXIIII l de firma de CARDIF. Et

de XLV l et VI s et III ob: de wardis hoc anno receptis. Et de feriis et placitis et perquisitis et gersumis. Summa C et IIII l et IIII s et VI d. In thesauro nichil.

In decimis constitutis monachorum de THEOKESBERIA XLV s et III ob: de dimidio anno per diversa maneria. Et in expensa ipsius HAMONIS et militum suorum et servientium equitum a Pascha usque ad festum Sti MICHAELIS LII l et XI s et IX p. b. R. Et in corredio servientium residentium in castris de NETH et de KENEFEG et NOVO CASTRO XXII l et XIX s et IIII d p. b. R. Et in pannis servientium be KENEFEG VII m p. b. R. Et in soltis p. b. R. ipsi HAMONI LX s pro III equis quos WALENSES occiderunt. Et operationibus castellorum et domorum et molendinorum per maneria XVI l et IIII s et VI d p. b. R. Et in mercede VI vigilium de KAERDIF XII s de dimidio anno. Et debet XXXVIII s et VI d.

TERRA COMITIS GLOECESTRIE. HUGO BARDOLF reddit compotum de XXV l et XIX d de veteri firma Honoris comitis GLOECESTRIE Et de XIIII s et V d de veteri firma quarundem terrarum. Et de IX l et IIII s et VII d de veteri firma terrarum saisitarum in manu Regis quando domini earum non venerunt ad servitium Regis. Et de LX s quos recepit de RADULFO de BRADESTED quos Regi promiserat. Et de X l et IX s de catallis eorum qui voluerunt abire in HIBERNIA contra assensum Regis.

Summa XLIX l et XIX s et VII d. In thesauro liberavit. Et quietus est. Et idem de nova firma scilicet de CC et LI l et XII s de firmis maneriorum missorum ad firmam a tempore comitis WILLELMI. Et de XIII l et XVII d de perquisitis eorundem maneriorum Et de C et LXVI l et VIII d de redditu assise maneriorum que erant in custodia ante adventum justiciorum. Et de LIX l et V s et V d de perquisitis illorum maneriorum. Et de C et XIIII l et XIIII s et III d de bladis et lana et particularibus rebus venditis. Et de C et XIX l et VII s et V d de exitu de BRISTOU et molendini et nundinarum. Summa DCC et XXX IIII l et XIIII d. In thesauro CCC et XVI l et VI s et IIII d.

Et in elemosinis constitutis XLVIII s et IIII d. Et in liberatione navium que profecte sunt in HYBERNIAM cum JOHANNE filio Regis LXIIII l et VI s et III d per breve RANN: de GLANVILLE, Et in liberatione navium que redierunt ab HYBERNIA ad deferendam familiam et harnesium filii Regis in HYBERNIAM LXIIII l et XVI s et III d p. b. RANN: de GLANVILLE. Et DAVIDO filio DUN VIII l pro sua nave ad deferendum victum filii Regis in HYBERNIAM p. b. ejusdem. Et pro quadringentis crannocis frumenti ad opus ejusdem filii Regis XXII l et XIII s per idem breve. Et in necessariis PASSEM: et REGIN: hominum filii Regis XXVI s p. b. R. Et in liberatione II magistrorum ESNECCE filii Regis et XL nautarum de XL diebus XV l p. b. R. Et pro navi ad opus WILL: de MILLIERES et ODONIS de TIKESIA III s et III d p. idem. breve. Et pro L mensuris frumenti et L baconibus ad guarnisionem castelli de PENBROC VI l et IX s p. idem b. Et pro L mensuris frumenti et L baconibus ad guarnisiam castri de CAERMERDIN VI l et IX s p. id. breve. Et pro locanda navi ad opus ROBERTI RUFFI et servientium filii Regis XL s p. id. b. Et HAMONE de VALOIGNIS XVI l ad precludendam villam de KENEFEG p. id. b. Et in liberatione procuratoris vinee IIII s. Et in libeıatione et mercede parcariorum et forestariorum per maneria C s et IIII d. Et pro claudendo parco de THEOKESBERIA XV s et II d. Et pro locanda domo apud BRISTOU ubi redditus Regis recipiuntur X s. Et in liberatione clerici qui colligerit redditus Regis apud BRISTOU LX s X d. Et pro II tonellis vini missis Regi apud CAMPEDEN LII s et VIII d p. b. R. Et emendatione turris de BRISTOU et pro locandis carpentariis et pro petris ad molendina et in reparandis domibus per maneria XIIII l et V d p. id. b. Et in corredio obsidum Regis postquam idem HUGO recepit balliam XXVII s et I d. Et pro I lorica et II haubergeis quos RANN: de GLANVILLE habuit ad ponendos in castro de NETH IIII l p. b. R.

Et pro instauramento ante adventum justiciarum XI l et X s et VI d p. id. breve. Et pro semine empto per maneria VII l et IIII s et IX d p. id. b. Et in procuratione et stipendio servientium residentium per maneria. et

in multis necessariis in agricultura exercenda XVI l et IX s et II d.

Et in corredio cujusdam flecearii Regis qui remansit infirmus VIII s.
Et in corredio cujusdam monachi COMPIEHENSI IIII s et VI d. Et pro vestibus cujusdam puelle filie GUIDONIS de TROTINTON que est in custodiam Regis VII s. Et ad instauramentum ejusdem honoris proficiendum per sacramentum factum coram justicios pro XLIX bobus et IX affris XI l et XII s quodque pro IIII s. Et pro XIX vaccis LVII s qualibus pro III s et pro M et DCC et X ovibus XLII l et XV s qualibus pro VI d. Et pro C et XXI capellis IIII l et VIII d qualibus pro VIII d. Et pro XXXI scrophis XXXI s qualibus XII d. Et pro C et VII porcis LXXI s et III d p. b. R. Et in liberatione [eorum] qui properant agriculture hoc anno per diversa maneria ejusdem Honoris X l.

Idem reddit compotum de IX s de exitu terre GILBERTI MORIN. et de XXXIII s et VII d de terra GUIDONIS de TROTINTON qua est in custodiam Regis cum herede. Et de XXXV s et VIII d de terra HUNOLDI ARCHIDIACONI Et de XXX s et X d de terra LAURENCII. Et de II s et VIII d de terra REG: de CAMERA. Et de VII s et VI d de terra quas Abbas de CAINESHAM tenuit. Et de V s et IX d de terra WILL: filii HELYE Et de VI s de terra RICARDI MARMIUN. Summa VI l et XV s et I d.
In thesauro liberavit M VIII tall: Et quietus est.

ROBERTUS de CARDIF reddit compotum de C s de relevio terre sue.
In thesauro L s. Et debet L s.

ALANUS de St GEORGIO reddit compotum de X marcis pro fine terre sue.
In thesauro liberavit. Et quietus est.

XXXIX.

CARTA COMITIS DE MORETON MONASTERIO DE MARGAN.

[PENRICE M.SS.] 1193

JOHANNES comes de MORETON omnibus hominibus et amicis suis FRANCIS ANGLICIS WALENSIBUS salutem. Sciatis me pro amore Dei et salute animæ meæ et antecessorum nec non successorum meorum concessisse et hac carta mea confirmasse Deo et monasterio Sanctæ Mariæ de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus terram quam habent ex donatione burgensium de KENEFIG in terra de KENEFIG habendam et tenendam ipsis monachis de me et hæredibus meis in liberam puram et perpetuam elemosinam. Concessi etiam eisdem monachis servitium HUGONIS de HERRFORD de terra sua quantum ad me pertinet si idem HUGO id concedere voluerit. Quare volo et firmiter precipio quod idem monachi habeant et teneant predictam [terram firmiter] et in pace libere et quiete plenarie et integre cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ut illi pertinentibus. Hiis testibus WILLIELMO de BROASA HAM; de VALOIN: ENGELR: de PRATELL: ALANO BASSETT: PETRO CAVILLON: WERREIS de VALOIN: RICARDO WALENS: et multis aliis. Anno regni domini Regis RICARDI quarto die Martis proximo ante festum Sti HILARII. Apud KARDIF.

XL.

FINIS TEMP: RIC. I. CURIA COMM: PLACITORUM.

[P. R. O. FINES DIV; COMITATUS. RIC. I.] 1197.

Hec est finalis concordia facta in curia domini Regis apud WESTMONASTERIUM die Veneris proximo post octavas Sti HILARII anno regni Regis RICARDI octavo coram H: CANTUAR: archiepiscopo magistro THOMA de HUSSEBORNE WILLIELMO de WARRENE RICARDO de HERIET JOHANNI de GOSTLINGES justiciariis et aliis fidelibus domini Regis ibidem tunc presentibus inter THOMAM de BAVIS et HADWISIAM uxorem suam petentes per eundem THOMAM virum suum positum loco suo ad lucrandum vel perdendum et

THOMAM de SANFORD et AMABILEM uxorem suam tenentes per eundem THOMAM de SANFORD virum suum positum locò suo ad lucrandum vel perdendum de medietate trium parcium feodi unius militis in TOPPESFELD et medietatem quarte partis feodi unius militis in GRANCENDEN et medietatem feodi j militis in HAMELEDENN et medietatem quarte partis feodi unius militis in NOVA-VILLA de GLANMORGAN et medietatem feodi j militis in GLANMORGAN de Sto HILARIO et medietatem trium hydarum et unius virgate terre cum pertinenciis in HAISTON quas [RICARDUS de] CARDIF pater predictarum AMABILIS et HADWISIE tenuit. Unde placitum fuit inter eos in prefata curia scilicet quod tota predicta terra de NOVA-VILLA de GLANMORGAN et tota terra de HAMELEDENN et totum servicium de GRANCENDEN et tote tres hyde et j virgata terre cum pertinenciis in [HAISTON] remanent prenominato THOME de SANFORD et AMABILI uxori sue ut primogenite et heredibus suis imperpetuum. Et tota predictà terra de TOPPESFELD cum pertinenciis et tota predicta terra de Sto HILARIO cum pertinenciis quas predictus RICARDUS de CARDIF tenuit remanent prenominato THOME de BAVIS et HADWISIE uxori sue ut primogenite. Salvis de TOPPESFELD tres partes feodi unius militis et de villa Sti HILARII dimidium feodi unius militis.

ESSEX GLANMORGAN SURREY. DIVERSE COMITATUS.

XLI.

DE DECIMIS DE DINASPOWIS.

[COTT: MS. CLEOP; A VII. 69.] 1187—1202.

Carta RADULPHI de SUMERI facta tempore ALANI abbatis ecclesie et monachis de THEOKESBURIA donationes antecessorum suorum confirmans videlicet duas partes omnium decimarum suarum de dominico suo in DINASPOWIS, garbarum scilicet et agnorum, porcorum, vitulorum, pullorum gardinorum et hortorum, lini et lane, et casei et omnium rerum que renovari solent per annum, et unde decima dari solet et debet, et omnium incre-

mentorum, et essartorum, et emendationum, vel que facta sunt ibi post predictas donationes antecessorum suorum, vel fient in posterum. Testibus Willielmo Landavensi episcopo, Urbano archidiacono, in quorum presentia hec acta sunt.

XLII.

DE INSTITUTIONE R: DE SUMERI.

[Cott: m s. cleop: a. vii. 69.] 1185—91.

Litere institutionis W: Landavensis episcopi ad presentationem Alani abbatis et monachorum Theokesburie de R: de Sumeri clerico ad capellam de Cogan ita quod idem solvat matrici ecclesie de Landochan annuatim unam libram cere ita ut eo discedente vel habitu seculari utente predicta capella ad predictam matricem ecclesiam et ad dispositionem monachorum Theokesburie cum sua integritate revertatur.

XLIII.

PASSAGIUM

[HIST: STI PETRI GLOUC: I. 108.] 1173—89.

Johannes comes de Mortone confirmat ecclesiæ Sti Petri Gloucestriæ, et ecclesiæ apostolorum Petri et Pauli, et Sti Guthlaci Herefordiæ et monachis etc ... ... quod sint liberi inperpetuum de theloneo etc per totam terram suam, scilicet Bristolliam, Keyrdyf, Novum Burgum, etc etc.

XLIV:

CONFIRMATIO WILLIELMI LANDAV: EPISCOPI.

[Cott: m s. cleop: a vii. 73 b.] 1185—91.

Carta W:Landavensis episcopi confirmantis ecclesiæ Stæ Mariæ de Theokesburia et ecclesiæ Stæ Mariæ de Kairdif ecclesias et decimas et elemosinas omnes quas habent in eodem episcopatu cum libertatibus per omnia sicut Huctredus et Nicholaus predecessores sui eis confirmaverunt.

XLV.

CARTA HENRICI DE HUMFRANVILLE.

[Harl; Chart; 75. d. 15.] 1196—1205.

Universis Stæ ecclesiæ filiis ad quos presens carta pervenerit H: de Humfranville salutem.

Notum facimus universitati vestræ nos concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et Beatæ Mariæ et monachis de Margan in puram et perpetuam et liberam elemosinam quietam et immunem ab omni servitio et seculari exactione illam totam terram quam pater meus Gillebertus dedit Urbano de Penducaet apud Lantmeuthen pro anima Nestæ uxoris suæ ut videlicet præfati monachi de Margan habeant et possideant predictam terram libere et quiete et integre in perpetuum pro salute animæ meæ et patris mei et uxoris meæ et liberorum meorum et antecessorum et successorum. Hiis testibus Willielmo de Sto Johanne Engelranno filio Odonis Johanne de Boneville Sibilla uxore Henrici de Humfranville Odone Bothan Henrico Walensi Luca de Budicam: Willielmo cellarario de Margan Willielmo de Bedint: Henrico monacho de Margan Godefrido monacho Jordano converso et Ricardo magistro de Lanmeuthin et aliis pluribus.

XLVI.

PAGAN: DE TRUBLEVILLA VERSUS WAL: DE SULIA.

[Rot: de oblatis i 27.] 1199.

DEVON. WALLIA. GLANMORGAN. Paganus de Trublevilla dat domino Regi x marcas et unum dextrarium ut loquela quæ est inter ipsum et Walterum de Sulia de terra de Coitiff et de Veteri-Villa, sit in respectum usque coram Domino cum venerit in Anglia.

XLVII.

CONFIRMATIO JOHAN: COM: MORITONIÆ THEOKESBERIÆ.

[COTT: MS. CLEOP: A VII 73 b.] POST 1199.

Confirmatio JOHANNIS comitis MORITONIÆ, qua dicitur quod inspectis cartis antecessorum suorum R: filii HAMONIS et ROBERTI filii Regis H: primi et WILLIELMI filii ejus comitis GLOUCESTRIÆ vidit et intellexit quod ROB: filius HAMONIS dederat et concesserat ecclesiæ Stæ MARIÆ de THEOKESBERIA et monachis decimas omnium reddituum suorum de CAIRDIF, et de toto dominico suo in WALLIA: ROBERTUS filius ROGERI totam decimam redditus et thelonei feriæ de CAIRDIF et de LANDUNOUIT, totam decimam emolumentorum et reddituum suorum et molendinorum in WALLIA, quæ facta fuerint inibi vel fient postquam terram habuit, omnium suarum emendationum et incrementorum, et essartorum, et terrarum, præter decimam terræ MORINI et ovium, et porcorum, et pullorum in WALLIA. WILLIELMUS comes concessit et confirmavit donationes avi sui et patris sui sicut suprascriptum est. Has omnes donationes et concessiones J: comes confirmavit in hac carta.

XLVIII.

MAUR: FIL: WILLIELMI VERSUS R: DE CLIVEDON.

[ROT: DE OBLATIS I 58.] 1200.

GLANMORGAN. MAURICIUS filius WILLIELMI dat domino Regi VI marcas pro habendo breve de recto versus RAD: de CLIVEDON et MATHEUM nepotem suum de feudo I militis in MALDETON et habet breve.

XLIX.

W: DE SULIA CONTRA P: DE TRUBLEVILLA.

[ROT: DE OBLATIS I 70.] 1200.

GLANMORGAN. WALTERUS de SULIA dat domino Regi XX marcas et I

equum de xx marcis pro habendo recto de feudo I militis in COYTIF contra PAGAN: de TRUBLEVILLA et quod loquela summoneatur in magna curia ut ne loquela sua impediatur per dominum Regem.

L.

R: DE GRENVILL VERSUS ABBATEM DE THEOKESBERIA.

[ROT: DE OBLATIS I 76.] 1200

CORNUBIA ET DEVON:. RICARDUS de GRENVILL dat domino Regi XL marcas et I palfredum pro habenda assiza de advocatione duarum ecclesiarum de BEDEF et de KILCANESTON, versus abbatem de THEOKESBERIA termino Paschali xx marcas et palfredum et ad festum Sti JOHANNIS Baptistæ x marcas et ad festum Sti MICHAELIS x marcas.

LI.

H: DE HUNFRAVILLA DE SCUTAGIO.

[ROT: DE OBLATIS I 134..] 1201.

HENRICUS de HUNFRAVILLE dat xx marcas pro eodem [transfretatione sua] tenens feodum v militum de Honore GLOCESTRIÆ ut dicunt et non plures. Habet breve de scutagio. Terminus medius VIII diebus ante Pentecostam et medius ad festum Sancti JOHANNIS.

LII.

DONACIO REUERI FIL: GILEBERTI BURDINI.

[HARL.MS. 75 B 27.] CIRCA 1200.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego REUERUS filius GILEBERTI BURDINI et ego GAUFRIDUS et WILLIELMUS frater meus filii ejusdem BURDINI concedimus donationem quam dedit pater noster ecclesiæ de MARGAN in perpetuam elemosinam pro anima sua scilicet terram quæ vocatur mon-

tan' de LAHOLEMMEDWE videlicet decem acras cum prato sibi adjacente et quia cartam eis super hac donatione voluerit sigillare sed preventus morte non potuit ejus donationem nos filii ejus sigillo ejus firmavimus et concedimus eis imperpetuum terram illam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione. Testibus ROGERO cellarario et fratre JORDANO et GLOU presbitero NOVÆ-VILLÆ JOHANNE filio CHENETWINI MICHAELO de CHEINESSAM ROGERO STURMI. Qui omnes audierunt divisam GILELERTI dum adhuc viveret. WALTERO LUNELLO TOMA de CORNELI WILLIELMO DONA NATURA qui audierunt nos concedere patris nostri donationem hanc.

LIII.

CARTA G: ESTURMI STÆ MARIÆ DE MARGAN.

[PENRICE MS.]

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod ego G: ESTURMI concedente uxore mea M....., et filiis meis R...... scilicet R...... atque G...... et filia mea A...... et omnibus heredibus meis dono et concedo in perpetuam elemosinam ecclesiæ Stæ MARIÆ de MARGAN totam terram illam quæ est inter terram HERBERTI filii GODWINETH et rivum KINITHWINI sicut rivus ille per montem descendit in moras usque ad inferiorem aquam et ab ipsa inferiori aqua usque ad viam quæ vadit p... montana et dividit terram comitis et meam tam in pastura quam in terra arabili et terra morosa. Pro hac autem donatione et concessione abbas et monachi dederunt mihi XII marcas argenti ...... per solvenda debita mea et singulis filiis meis cappam unam et IIII nummos et me infirmum in suam fraternitatem susceperunt. Unde et ego [facio] istam donationem meam liberam et quietam ab omni seculari servicio et exactione prædictæ ecclesiæ in perpetuum possidendam. Sigilli mei impressione confirmo ut rata sit et firma in perpetuum ipsa donatio. Teste EGLIN vicecomite de GLAMORGAN R...... COROLEF WALTERO LUVEL et DAVID fratre ejus ROGERO filio NEST WALTERO LAGELES GISLEBERTO BURD' EADWINO monacho GLOUCESTRIÆ GISLEBERTO

presbytero de Novo Castello Thoma sacerdote Willielmo de Londiniis et Mauritio filio ejus et Willielmo alio filio ejus Willielmo Pincerna Alexandro de Wrendune Gislebberto de Turbervilla et A...... uxore ejus et Pagano filio ejus et Simone filio ejus Gislebberto filio ejus et Roberto filio ejus.

LIV.

CARTA R: STURMI Stæ MARIÆ DE MARGAN.

[Penrice Ms.]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Rogerus Sturmi concessi abbati et monachis de Margan totam terram quam habent ex dono patris mei sicut cartæ eorum testantur quas habent de patre meo et de me. Preterea concedo eis totam reliquam partem terræ in bosco et plano in pastura et pascuis in aquis et morosis quam tenuit pater meus de feudo comitis Gloucestriæ in Margan et ego per ipsum tenendam de me et heredibus meis bene et in pace absque omni servicio et seculari exactione nisi......... abbas et monachi dabit michi et heredibus meis pro me dimidiam marcam argenti annuatim et ego et heredes mei faciemus............... Testibus Egelino de Purbei vicecomite de Glamorgan R: de Purbei fratre ejus Johanne de Sto Michaelo Waltero luvel Gileberto G...... Willielmo sacerdote et capellano de Chenefeg Helia filio Auchan Roberto Armig: Widano Cl...... Stephano filio Willielmi filii Stephani Waltero Siward Odone de.......

LV.

CONFIRMATIO H: LANDAV: EPIS: ECCLES: DE COLWINSTUNA.

[Cotton ms. xi 24.] Circa 1200.

C I R O G R A F U M.

H: Dei gratia Landavensis ecclesiæ episcopus omnibus successoribus suis canonice substituendis et universis sanctæ ecclesiæ filiis salutem.

Sciatis quod ego concedo et confirmo donationem de ecclesia de Colwinestuna quam Mauritius de Lundoniis fecit ecclesiæ Sancti Michaelis et monachis ejusdem ecclesiæ me presente et teste ad hoc vocato. Hanc autem ecclesiam sic dedit et cum omnibus scilicet pertinentiis suis libere et quiete in decimis et consuetudinibus et nominatim terram duabus viis et aquam interjacentem quæ ab eadem ecclesia ablata fuerat eidem ecclesiæ reddidit et dedit. Facta autem hac donatione presentaverunt mihi prefati monachi duas honestas personas Willielmum scilicet presbiterum et Philippum magistri Radulphi filium quos ego prefatæ ecclesiæ monachis et domino Mauricio hoc exegentibus et concedentibus inpersonavi tali tamen pacto quod marcam unam argenti ecclesiæ Sti Michaelis de Huggomora et monachis ejusdem ecclesiæ singulis annis reddere debent dimidiam scilicet marcam in annunciacione Stæ Mariæ et alteram dimidiam marcam in festo beati Michaelis. Et si alter eorum mortuus fuerit alter marcam reddendo eandem ecclesiam teneat et post mortem istarum personarum prefata ecclesia ecclesiæ Sti Michaelis de Huggomora et monachis libera et quieta remaneat. Hiis testibus Radulfo Landavensis ecclesiæ et magistro Johanne canonicis. Eodem die disracionati sunt Mauricius de Lundoniis et monachi de Sto Michaele me presente decimas terræ quam Ricardus latinarius de Willielmo de Lundoniis et Mauricio ejus filio tenuit et ita quod dominus Lefricus et Willielmus et Johannes filii sui clamaverunt eam quietam ecclesiæ Stæ Brigidæ et monachis. Hiis testibus magistro Johanne et Radulfo de Lancarvan Isaac presbitero Harnaldo presbitero Ricardo de Marcros Gileberto presbitero Œnone milite Reis Walebran Edwardo preposito Willielmo Travers et Willielmo de Lancarvan clericis.

LVI.

CARTA H: LANDAVENSIS EPISCOPI.

[HARL: CHART: 75 A 24.] 1196—1218.

Universis Stæ matris ecclesiæ filiis HENRICUS Dei miseratione LANDAVENSIS ecclesiæ minister salutem graciam et benedictionem. Universitati vestræ significamus quod dominus PHILIPPUS de MARCROS dedit Deo et beatæ MARIÆ de NEHT et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni exaccione et servicio seculari, triginta et sex acras terræ arabilis in feudo suo de MARCROS tenendas libere et quiete sic aliqua elemosina liberius potest possideri exceptis sex solidis argenti quos monachi de NEHT reddent singulis annis domino de MARGAN ad festum Sti MICHAELIS pro omni servicio ad luminare inemendum in die Purificationis beatæ MARIÆ, sicut carta prefati PHILIPPI data prenominatis monachis testatur. Et nos auctoritate qua fungimur hanc donacionem confirmamus. Sigilli quæ nostri appositione roboramus sub anathematis pena inhibentes ne quis maligno spiritu ductus contra elemosinam quam ad instanciam et peticionem sepe dicti PHILIPPI confirmavimus [inruere] presumat. Hiis testibus O[w]ENO decano NICHOL thesaurario de LANDAVIA WALTERO cantore PHILIPPO sacerdote de MARCROS clerico de LANDAVIA ROBERTO de TREGET WILLIELMO de LICHEFFELD monacho de MARGAN GERVASIO monacho de NEHT et aliis multis.

LVII.

COMPOSITIO INTER MONACHOS DE MARGAN ET HELIAM CLERICUM DE NOVO CASTRO.

[HARL: CHART: 75 A 34.]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod hæc compositio facta est inter abbatem monachosque de MARGAN et HELIAM clericum NOVI CAS-

TELLI super questione quarundam decimarum terræ STURMI. Quod scilicet ipse HELIAS inspecta et audita conscriptione W: decani de WRENIT et J: prioris de OWEIN necnon et carta testimonii bonæ recordationis N: LANDAVENSIS episcopi de ecclesia terræ STURMI et priori querela quam GILLEBERTUS predecessor ipsius HELIE moverat aliquando adversus prefatos monachos temporibus piæ memoriæ abbatis CONANI conventionem illam quam pro bono pacis factam constat per omnia sponte concessit et sacramento firmavit se cunctis diebus vitæ suæ sine dolo et malo ingenio et omni retractatione servaturam recipiendo annuatim tres solidos prius prefato GILLEBERTO antecessori suo a prefatis monachis concessos. Salve si quas decimas dederit vel vendiderit predictis monachis de MARGAN in territorio NOVI CASTELLI ecclesia de Novo CASTELLO nullum prejudicium vel juris sui dampnum pacietur. Testibus R: abbate de MARGAN J: priore GODEFRIDO monacho HENRICO hospitali ROBBERTO sacrista PHILIPPO de MARECROS seniore et PHILIPPO juniore HAMONE clerico WALTERO filio MARCHERE et aliis pluribus.

LVIII.

DONATIO WRUNU FIL: BLETH: ECCLESIÆ DE MARGAN.

[HARL; CHART: 75 B 10.] CIRCA 1190.

Omnibus sanctæ ecclesiæ filiis presentibus et futuris WRUNU filius BLETH' salutem. Sciatis me consilio et consensu heredum et amicorum meorum concessisse et dedisse Deo et ecclesiæ sanctæ MARIÆ de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam meam partem terræ de KILLECULIN scilicet quartam partem terræ illius cum omnibus aisiamentis et pertinentiis in puram et perpetuam elemosinam ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et sciendum quod si aliquod servicium vel redditus ad coquinam comitis vel ad aliud aliquod re-

quiratur de predicta terra ego et heredes mei illud faciemus de hereditate nostra de Traikio ita ut predicta terra libera penitus et quieta prefatis monachis remaneat inperpetuum. Notandum etiam quod super sanctuaria ecclesie prescripte juravimus ad warantizandam hanc cartam predictis monachis contra omnes homines inperpetuum. Hiis testibus Waltero de Sul' tunc vicecomite de Glam' Ernaldo constabulario de Kenef' Stephano clerico Ricardo de Dunest' Osmundo Cuman David filio Hely Alaythu filio Ythen Reso Coh et multis aliis.

LIX.

CARTA HUGONIS DE LANCARVAN.

[Penrice ms.] 1185—91.

Dilecto patri suo W: Dei gratia Landavensi episcopo et omnibus sanctæ ecclesiæ filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Notum facio universitati vestræ me dedisse et prefata carta mea confirmasse Deo et beatæ Mariæ et monachis de Margan in liberam et perpetuam elemosinam consilio et consensu amicorum meorum et conjugis et domini Henrici de Humfravill unam acram terræ ad auxilium fabricandæ capellæ in honorem Sancti Meuthini apud grangiam eorum quod vocatur Lantmeuthin, quæ videlicet acra jacet juxta terram quam eis preter dederam in xxx acras ad australem partem ut, ipsi videlicet monachi habeant predictam acram libere et quiete ab omni servitio et seculari exactione in perpetuum pro salute animæ meæ et uxoris et domini mei et antecessorum et successorum. Testibus Rogero cellarario et Godefrido monacho de Margan Auel sacerdote de Sancto Hilario Waltero capellano de Lantcarvan Fratre Witsare et Ricardo Terre [et] Waltero Rufo conversis de Margan Margeria conjuge mea Rogero Cole.

LX.

CONCESSIO ABBATIS GLOUC: DE TERRA LEORICI.

[CART: S: P: GLOUCESTRIÆ II. 138. 1135—39.

Sciant præsentes et futuri, quod ego G [ILBERTUS], abbas GLOUCESTRIÆ, totusque conventus ejusdem, concessimus HUGONI, et ROBERTO filio ejus, et RADULPHO filio RADULPHI, apud PENNUN et LANCARVAN, totam terram LEORICI monachi antecessoris eorum, cum pratis et cæteris eidem terræ pertinentibus; tenendam de nobis pro eodem servitio quod idem LEORICUS et antecessores ejus dominis suis ex ea fecerunt; hac conditione, quod præfatus HUGO et ROBERTUS et RADULPHUS fidelitatem vitæ et membrorum atque terreni honoris mihi G [ilberto], et ecclesiæ nostræ, et monachis nostris, a die illa usque in sempiternum, fecerunt, pacem firmam omnibus nostris dederunt, sacramento confirmaverunt, apud GLOUCESTRIAM. Hiis testibus.

LXI.

LOQUELA DE TERRA DE C'OIFT.

[ROT: CUR: REGIS. II. 45.] 13 OCT: 1199.

GLAMORGAN. Loquela inter PAGANUM de TURBERVILLA et WALTERUM de SULLY de terra de C'OIFT et VETERI VILLA ponitur in respectum usque... .. coram domino Rege cum venit in ANGLIA. Per preceptum domini Regis de ultra mare.

LXII.

DE LEISANO FILIO MORGANI.

[ROT: DE LIBERATE P. 88.] 1204.

Rex etc,... vicecomiti GLOUCESTRIE etc .... Liberate dilecto et fideli nostro W: de BREOSA x marcas ad opus LEISANI WALENSIS filii MORGANI qui veniet in servicium nostrum cum CC WALENSIBUS, et computate etc. Teste G: filio PETRI, apud WINDESORES, XXVIII die MARCII. Per eundem.

LXIII.

FINIS ABBATIS DE MORGAN PRO PROTECTIONE.

[Rot: de Finibus p. 269.] 6 John: 1205.

Abbas et monachi de Morgan dant xx marcas et ii palfredos pro habenda carta domini Regis de protectione et quod quieti sint de theloneo et omni alia consue[tudine] per omnes terras domini Regis de blado et de omnibus aliis rebus que ad opus suum proprium emerint vel de suo proprio vendiderint et pro confirmanda carta sua de possessionibus suis. Abbas de Ford est plegium. [Quia pacaverunt in camera apud Stok'].

LXIV.

CARTA CONFIRMATIONIS REGIS JOHANNIS.

[Botul: Chartarum p. 149.] 1205.

Johannes Dei gratia etc. Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse, Deo et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Morgan et monachis ibidem Deo servientibus, omnes subscriptas donationes eis rationabiliter factas, scilicet ex dono R: comitis Gloucestriæ et Willielmi filii ejus terras inter Avene et Kenefeg cum pertinentiis, et unum burgagium in Kenefeg, et unum burgagium in Kaerdif, et unum burgagium in Novo Burgo, et unum burgagium in Bristoll', ex dono eorundem. Ex dono Hugonis de Hereford c acras. Ex dono Retherech et heredum ejus c acras. Ex dono Gilberti gramus et heredum ejus l acras. Ex dono Willielmi Gille et heredum ejus xl acras. Ex dono Warini filii Kadigan xx acras. Ex dono burgensium et liberorum hominum de Kenefeg quicquid habent in villa de Kenefeg et extra. Ex dono Morgani filii Oeni [in] Havedhaloch quicquid continetur inter Kenefeg et Baytham. Ex dono Willielmi Scurlagge et heredum ejus feodum de Langwy. Ex dono Nicolai Puinz et concessione David Scurlagge totum feodum illud de Langwy. Ex dono Thome de Lagthles c acras. Ex dono Morgani filii Cradoci et hominum

ejus quicquid habent in territorio NOVI CASTELLI. Ex dono HENRICI de HUNFRAVILLA apud LANDINATUM C et LX acras. Ex dono JOHANNIS BONEVILLA L acras. Ex dono Templariorum XL acras. Ex dono MORGANI filii CRADOCY PUNTLIMOR. Ex dono HUGONIS de LANGKARVAN et heredum ejus XXXIII acras. Ex dono URBANI sacerdotis de PONDEWELIN XII acras. Ex dono burgensium sive liberorum hominum de KAIRDIF quicquid habent in villa de KAIRDIF vel extra. Ex dono MORGANI filii CRADOC' quicquid habet in marisco de AVEN et ROSSAVUN et communem pasturam in montanis inter TAF et NETH. Ex dono GIS[TELARD et heredum] ejus terram quam idem GISTELARD tenuit de KENEFEG. Habenda et tenenda in perpetuum sicut cartæ donatorum quas inde habent rationabiliter testantur. Concessimus etiam et confirmamus eis omnes alias donationes, venditiones, et invadiationes, eis rationabiliter factas vel faciendas, sicut cartæ donatorum, venditorum, et invadiatorum quas inde habent vel habituri sunt, testantur vel testabuntur. Quare volo etc. Testibus domino H: CANT: archiep: Domino E: ELYENSI episcopo G: filio PETRI ...... SAHERO de QUENCY SYMONE de PATESHILL PETRO de STOK' REGINALDO de CORNHILL FULCONE de KANTILUPO. Datum per manum J: de WELL: apud WESTMONASTERIUM XV die Maii anno regni etc VI.

LXV.

PROTECTIO REGIS JOHANNIS PRO MORGAN.

[ROT: CHART: P. 149.] 1205.

Rex omnibus etc. Sciatis quod abbas, et monachi, et conversi, et domus de MORGAN, et grangiæ ejusdem domus sunt in custodia et protectione nostra: et ideo vobis mandamus etc quod eos et omnia sua custodiatis, manuteneatis, et defendatis sicut dominica nostra, et non faciatis aut fieri permittatis eis aliquam injuriam, gravamen, vel molestiam, et si eis in aliquo forisfactum fuerit id eis sine dilatione faciatis emendari. Et concessimus eis quod sint quieti de theloneo et omni alia consuetudine per omnes terras

nostras, de blado et de omnibus aliis rebus, quæ ad opus suum proprium emerint vel de suo proprio vendiderint, et prohibemus ne quis eos super hoc impediat super forisfacturam x librarum ad opus nostrum et xx s ad opus vicecomitis nostri, et prohibemus ne ponantur in placitum de aliquo tenemento suo nisi coram nobis vel coram capitali justiciario nostro. Testibus G: filio PETRI comite ESSEX SAHERO de QUENCY PETRO de STOK' FULCONE de CANTILUP. Apud WINDES: xx [die MAII].

LXVI.

CARTA J: REGIS HENRICO EPISCOPO LANDAVENSI.

[ROT: CHART: P. 159.] 1205.

JOHANNES D: g: rex etc. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse domino HENRICO episcopo LANDAVENSI et successoribus suis, quod habeant I feriam apud LANDAVIAM singulis annis per IIII dies duraturam, scilicet, in crastino Pentecosti et tribus diebus sequentibus, et quod habeant ibidem I mercatum qualibet septimam per diem Dominicam ita tamen quod predicta feria et predictum mercatum non sint ad nocumentum vicinarum feriarum et vicinorum mercatorum. Quare etc quod predictus episcopus et successores sui habeant et teneant predictam feriam et predictum mercatum in predicto loco bene, et in pace, et integre, in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi feriam et mercatum pertinentibus sicut predictum est. Testibus W: Comite marescallo Comite ALBRIC Comite DAVID P: de STOK' ROB: de ROPPELL' G: de LUCY FULCON: de CANTILUPO. Datum per manum H: de WELLENSI archidiacono WELLENSI, apud BRISTOLL' IX die Septembris anno etc VII. [Ista carta facta fuit et concessa dum sigillum fuit in manu domini Regis.]

LXVII.

CARTA GEREBERTI FILII ROBERTI.

[CART: HARL: 75 C 48.] 1196—1218.

Reverendo patri suo HENRICO divina gratia LAND: episcopo, et universis sanctæ Ecclesiæ filiis ad quos presens scriptum pervenerit, GEREBERTUS filius ROBERTI salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et presenti carta confirmasse consilio et consensu domini mei HENRICI de HUMFRAMVILLA, et fratrum meorum ADÆ et JORD:, et amicorum meorum, Deo et beatæ MARIÆ et monachis de MARGAN, in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione pro salute animæ meæ et antecessorum et successorum meorum, omnes donationes quas frater meus HUGO illis fecit in terris et croftis per omnia et in omnibus rebus sicut cartæ ipsius testantur: scilicet, xxx acras terræ meæ quæ proximiores sunt terræ eorum de LAMASEUTHIN cum crofta quæ proximo adjacet vetere cimeterio ex occidentali parte, necnon et quatuor alias adhuc croftas, quarum una jacet subtus vetus cimeterium, et tres reliquæ a magna via versus fontem descendunt de LANMEUTHIN et tres acras terræ quarum duæ jacent ad occidentalem partem rivuli qui descendit per CURTEM grangiæ a fonte et tendunt sursum a prato monachorum, versus aquilonem, et una jacet super montem ad occidentem viæ magnæ quæ venit a LANTCARVAN ad grangiam de LAMEUTHIN et unam acram terræ ad ausilium fabricandæ capellæ in honorem sancti MEUTHIN, quæ videlicet acra jacet juxta xxx predictas acras ad australem partem illarum. Ut ipsi eas habeant libere et pacifice et integre in omnibus sine vexatione aliqua et molestia in perpetuum. Et si aliquod servitium de prefatis donationibus fuerit aliquando requisitum sive domini regis sive aliud; ego et heredes mei illud adquietabimus, ita quod monachi in perpetuum quieti erunt, et nemini de aliquo respondebunt. Et quando prefatis monachis hanc confirmationem feci, ipsi necessitati meæ compatientes xx solidos argenti mihi dederunt, et fratribus

meis unum bissantium. Hiis testibus, HENRICO LANDAV: episcopo URBANO archidiacano ROGERO abbate de MARGAN HENRICO de HUMFRAMVILLA SIBILLA uxore ejusdem WILLIELMO de BEDITUN monacho de MARGAN GODEFRIDO monacho HENRICO WALENSI GALFRIDO capellano et ADAM fratre meo.

LXVIII.

CONFIRMATIO HENRICI EPISCOPI.

[CART: HARL: 75 A 19. 1196—1218.]

HENRICUS Dei gratia LANDAVENSIS episcopus universis sancte Ecclesie fidelibus in episcopatu LANDAVENSIS constitutis ad quos presens scriptum pervenerit salutem gratiam et benedictionem. Noverit universitas vestra dilectos filios nostros HENRICUM de HUNFRAMVILLA et GEREBERTUM filium ROBERTI terras quasdam ecclesie de MARGAN in perpetuam contulisse elemosinam liberas ab omni seculari servitio exactione et consuetudine. Et quia fidelium elemosine locis religiosis collate ut debitam optineant libertatem episcopali sunt auctoritate confirmande, nos ad peticionem predictorum HENRICI et GEREBERTI terras quas prenominate ecclesie de MARGAN in nostra presentia concesserunt scilicet ex donacione HENRICI de HUNFRAMVILLA totam terram de LANMEUTHI et ex concessione GEREBERTI filii ROBERTI xxx acras proximiores terre de LANMEUTHI cum crofta que proxima adjacet veteri cimeterio ex occidentali parte necnon et alias adhuc quatuor croftas quarum una jacet subtus vetus cimeterium et tres relique a magna via versus fontem descendunt de LANMEUTHI et tres acre terre quarum due jacent ad occidentalem partem rivuli qui descendit per CURTEM grangie a fonte et tendunt sursum a prato monachorum versus aquilonem et una jacet super montem ad occidentalem vie magne que venit a LANTCARVAN ad grangiam de LANMEUTHI et unam acram ad ausilium fabricande capelle in honorem Sancti MEUTHINI que jacet juxta predictas xxx acras ad australem partem illarum. Has omnes predictas terras presentis

scripti serie testium inscriptione et sigilli nostri apposicione confirmamus ecclesie de MARGAN. Habendas et tenendas ita libere et quiete sicut predicti HENRICUS et GERREBERTUS cartis suis confirmaverunt auctoritate qua fungimur inhibentes ne quis predictis monachis de MARGAN de predictis terris que ab omni seculari servitio exactione et consuetudine exempte sunt contra tenorem cartarum quas monachi habent vexacionem molestiam aut gravamen inferre presumat. Hiis testibus WALTERO abbate de NETH URBANO archidiacono URBANO de PENDMELIN et WILLIELMO de LANGTWIT decanis GERREBERTO filio ROBERTO NICHOLAO GOBION HENRICO monacho de MARGAN.

LXIX.

INTER H: DE S'TO QUINTIN ET STEPH: DE S'TO HILLARIO.

[ROT: DE FIN: 323.] 7 JOHN: 1205.

GLANMORGAN. HERBERTUS de STO QUINTINO dat vque marcas pro convincendo XII juratores per XXIV qui fuerunt recognitores in assaisa nov dissaisine arrainiata inter ipsum HERBERTUM et STEPHANUM de S'TO HILLARIO de libero tenemento ipsius HERBERTI in LAMBLETHYAM.

LXX.

MORGAN FIL: CARADOCI DE COMMUNI PASTURA SUA.

[HARL: CHART: 75 B 31.]

Omnibus ad puos presens scriptum pervenerit MORGANUS filius CARADOCI salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse monachis de MARGAN communem pasturam et aisiamenta terre mee in bosco et in plano tempore CONANI abbatis fere trigints annis transactis. Postea vero tempore GILEBERTI abbatis pluribus jam annis transactis eandem donacionem eis expressius incartavi sicut carta quam inde habent testatur cum monachi de NETH eo tempore nichil omnino haberent de terra mea in

montanis que est ex parte de NETH anno autem ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quinto cupiditate victus penuriam quandam partem ejusdem pasture monachis de NETH incartavi. Hoc testimonium veritatis ideo scripto mandavi ut nota sit omnibus veritas et controversia inter duos domos de eadem pastura facilius vel justius terminetur.

LXXI.

QUIETA CLAMATIO WALTERI DE SULLY.

[ROT: DE FINIBUS P. 391.] 1207.

GLANMORGAN. WALTERUS de SULLY dat XX marcas ut dominus rex eum quietum clamet [de] deterioramento et ruina molendini domini regis de LEQUID et de jactura redditus domini regis et molture sue dum molendinum illud fuit in custodia ipsius WALTERI, et quod non distringatur ad capiendum de cetero molendinum illud ad firmam, ita scilicet quod idem WALTERUS reperiet predictum molendinum de eo quod deterioratum fuit. Et inde habet litteras domini regis patentes quod dominus rex de predictis eum quietum clamavit sicut predictum est.

LXXII.

BREVE REGIS JOHANNIS FAULKASIO SERVIENTI.

[ROTUL: PATENT: I 68.] FEB: 1207.

GLANMORGAN et WENTLOCH cum pertinentiis suis commissa sunt FAULKASIO servienti domini regis custodiendum quamdiu domino regi placuerit, et id mandatum est omnibus militibus et libere tenentibus de Honore illo etc ... Et WILLELMO de BROASA quod ea habere faciat custodiendum quamdiu domino regi placuerit et habet II brevia patentia.

LXXIII.

DE GILLEBERTO DE TURBERVILLA.

[Rot de Fin: 373.] 1207.

Glanmorgan. Gillebertus de Turbervilla dat quinquaginta marcas et unum equum pro habenda tota terra unde Paganus pater suus fuit saisitus in dominico suo ut de feodo die qua obiit. Et mandatum est Falkes' servienti domini Regis quod, accepto ab eo securitate de illis L marcis et equo, tunc ei de predicta terra cum pertinenciis in balliva sua saisinam habere faciet.

LXXIV.

DE TERRIS WALENSIUM.

[Rot. de Fin. i 386.] 1207.

Glanmorgan. Abbas de Margan dat centum marcas et ii equos bonos pro habendis terris Walensium in territorio de Kaenfeeg in perpetuam elemosinam, unde ipsi solebant reddere domino Regi per annum xxx solidos per manus ballivorum domini Regis de Glanmorgan, et pro habenda confirmatione domini Regis de aliis terris et tenementis que tenent in balliva de Glanmorgan, sicut carte donatorum rationabiliter testantur. Et mandatum est Faukes tunc vicecomiti quod, accepta ab eo securitate de illis c marcis reddendis ad festum sancti Michaelis anno regni Regis ix, L marcis et duos equos infra predictum festum sancti Michaelis, et ad Pascham proximo sequens L marcis tunc ei sine dilacione habere faciat plenariam saisinam de predictis terris: et si eum de aliquo tenemento suorum dissaisivit contra libertates cartarum et confirmationum quas de domino Rege habent, eum sine dilacione resaisiet et in bona pace tenere permittat.

LXXV.

PRECIPE BALLIVO DE GLANMORGAN.

[Rot: Claus: i 81.] 1207.

Rex ballivo Glanmorgan etc. Precipimus tibi quod habere facias Waltero Luvel decem solidatos terræ cum pertinentiis in Kenefeg: quas ei dedimus dum essemus comes Moretonie, que sunt in manu nostra. Teste G: filio Petri apud Lameh: xv die Aprilis.

LXXVI.

CARTA R: JOHANNIS MONACHIS DE MORGAN.

[Rot: Chart: p. 167.] 1207.

Johannes Dei gratia etc. Sciatis nos intuitu Dei, et pro salute anime nostre, et animarum antecessorum et heredum nostrorum, dedisse, concessisse, et hac carta nostra confirmasse, Deo et ecclesie beate Marie de Margan, et monachis ibidem Deo servientibus, easdem terras Walensium in territorio de Karnefeg, pro quibus ipsi monachi solebant nobis reddere per annum xxx solidos per manus ballivorum nostrorum de Glanmorgan, habendas sibi et tenendas de nobis et heredibus nostris in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, quietas ab omni servitio et exactione seculari. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti monachi habeant et teneant predictas terras, cum omnibus pertinentiis suis, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie, et honorifice, in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut predictum est. Testibus Will; Briw: Eusth: de Vescy Rob: de Turnham Gaufr: de Nevill Will: de Cantilup: Gaufr: de Lucy Petro de Maulay. Datum per manum H; de Well: archidiaconi Wellensis, apud Broc xxii die Julii, anno regni nostri ix.

LXXVII.

MANDATUM REGIS BARONIBUS DE SCACCARIO.

[ROTUL: CLAUS: I 89.] 1207.

Rex baronibus de scaccario etc .... Computent FALCONI ballivo nostro de GLANMORGAN in firma sua centum marcas quas liberavit in camera nostra per preceptum nostrum die Lune proxima ante festum beati LAURENCII apud WUDESTOK anno regni nostri IX. Teste me ipso apud SELVEST: VIII die Augusti. Per RICARDUM de MARISCO et R: PARMENTARIUM.

LXXVIII.

DONATIO JOHANNIS REGIS DOMUI DE MORGAN.

[ROT: CHART: 168.] 1207.

JOHANNES D: g: etc. Sciatis etc dedisse etc Deo et ecclesie beate MARIE de MORGAN, et monachis etc, pro salute anime nostre et antecessorum et heredum nostrorum, in puram, liberam, et perpetuam elemosinam, totam moram LAWARETH de HEVEDHALOC cum pertinentiis suis., et similiter terra de PEYTEUN cum omnibus etc. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti monachi de MORGAN habeant et teneant predictam moram et predictam terram, cum etc, in perpetuum bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eas pertinentibus, sicut predictum est. Testibus SAHERO de QUENCY comite WINTON' W: BRIWER PETRO filio HERBERTI THOMA BASSET ALANO BASSET THOMA de SANFORD W: de CANTILUP. Datum per manum HENRICI de WELL' archidiacono WELLENSIS. Apud OCCHAM XI die Augusti anno regni nostri nono.

LXXIX.

CONFIRMATIO ABBATI DE MORGAN.

[ROT: CHART: P. 167.] 1207.

JOHANNES D: g: etc. Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse, abbati et monachis de MORGAN, ex dono et concessione GAUFR: STURMY, totam terram illam que est inter terram HUBERTI filii GODWIN: et rivum KNIHWINI, sicut rivus ille per montem descendit in moras usque ad inferiorem aquam, et ab aqua inferiori usque ad viam que vadit pro montana et dividit terram comitis et suam, tam in pratis quam in terra arabili et terra morosa; ex dono et concessione ROGERI STURMY filii ejus, totam reliquam partem terre quam tenuit pater ejus de feodo comitis GLOUCESTRIE in MORGAN vel idem ROGERUS per patrem suum: preterea ex dono et concessione RESI COH, medietatem terre que fuit KETHERECH in territorio de Novo CASTELLO; et ex dono et concessione ENYON filii RIRID, aliam medietatem terre que fuit predicti KETHERECH in territorio de Novo CASTELLO; preterea ex dono et concessione WILLIELMO de LONDON: quicquid continetur inter duas aquas de UGEMOR' et GAREWE, sicut carte predictorum donatorum quas inde habent rationabiliter testantur. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti abbas et monachi habeant et teneant omnia predicta, cum omnibus pertinentiis suis, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie, et honorifice, in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus, sicut predictum est. Testibus WILL: BRIW: EUSTACH: de VESCY etc ut supra.

LXXIX.

CONFIRMATIO REGIS J: DOMUI DE NETH.

[ROT: CHART: 168.] 1207.

JOHANNES D: g: etc. Sciatis nos dedisse et concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancte Trinitatis de NETH et monachis

ibidem Deo servientibus locum ubi castellum RICARDI de GRANAVILLA quondam fuit cum omnibus pertinentiis suis, et totam terram quam idem RICARDUS habuit inter THAWY et NETH, in bosco et plano cum omnibus pertinentiis suis; habenda et tenenda in liberam puram et perpetuam elemosinam, quieta ab omni servicio sicut predictus RICARDUS ea illis prius dedit et carta sua confirmavit. Salvis tenementis burgensium nostrorum de NETH. Ita quod predicti monachi eos sine judicio amovere non possint, sed tantum homagium et redditum illorum habeant. Salvis etiam tenementis WALENSIUM nostrorum de predicta terra. Ita quod dicti monachi eos sine judicio amovere non possint sed tantum homagium et redditum illorum habeant, et nos habeamus servicium quod nobis debent. Quare volumus, etc. Datum per manum W: de GRAY cancellarii nostri, apud WUDESTOCK, XV die Augusti, anno regni nostri IX.

LXXXI.

BREVE REGIS DE BALLIVO DE GLANMORGAN.

[ROT: CLAUS: I 92.] 1207.

Rex baronibus etc. Computate FALKESIO ballivo nostro de GLANMORGAN id quod posuit per visum et testimonium legalium hominum in emendacione castellorum nostrorum de GLANMORGAN per preceptum nostrum. Teste me ipso apud BRIWTON XIX die SEPTEMBRIS anno regni nostri IX.

LXXXII.

BREVE REGIS DE EODEM.

[IBID: I 92.] 1207.

Rex baronibus etc. Computate FALKESIO ballivo nostro de GLANMORGAN triginta libros et undecim solidos et VIII d pro liberacionibus viginti dierum quas fecit servientibus nostris cum eo morantibus per preceptum nostrum. Teste me ipso [apud] BRIWTON XX die SEPTEMBRIS. Per W: de sancto MAXENCIO.

LXXXIII.

DE TERRIS WALENSIUM IN KENEFEG.

[ROT: CLAUS: I 92.] 1207.

Rex baronibus etc. Sciatis quod monachi de MORGAN pacaverunt nobis in camera nostra per manum WILLIELMI cellararii sui apud BRADENSTOK dominica proxima post festum sancti MATHEI apostoli anno regni nostri IX quinquaginta marcis de fine quem nobiscum fecerunt pro terris WALENSIUM in KENEFEG, et dedimus eis respectum de duobus palefredis quos nobis inde debent usque a die sancti MICHAELIS in XV dies. Et ideo vobis mandamus quod illos de L marcis quietos esse faciatis, et de duobus palefredis predictum respectum eis habere permittatis. Teste me ipso apud BRADENESTOK XXIV die SEPTEMBRIS.

LXXXIV.

DE CASTELLARIO R: GRANAVILLE.

[ROT: DE FIN: P 389.] 8207.

Monachi de NETH dant C marcas et unum palefredum pro habenda castellaria que fuit RICARDI GRANAVILLE cum omnibus pertinentiis suis, et pro habenda tota terra quam idem RICARDUS habuit inter THAWY et NETH, salvis tenementis burgensium domini Regis ita quod predicti monachi eos sine judicio amovere non possint, sed tantum homagium et redditum illorum habeant, salvis et tenementis WALENSIUM domini Regis de predicta terra, ita quod dicti monachi eos sine judicio amovere non possint, sed tantum homagium et redditum illorum habeant, et dominus Rex habeat servicium quod ei debent. Teste ad scaccarium Sti. MICHAELIS anno regni domini Regis IX. L marcas et palefredum, et ad scaccarium Pasche proximo sequens L marcas.

LXXXV.

DE TERRIS WALENSIUM.

[ROT: CLAUS: I 94.] 1207.

Rex baronibus de scaccario etc .... Sciatis quod abbas et monachi de MORGAN pacaverunt nobis per manum cellararii sui fratris WILLIELMI apud LUTEGAR' die VENERIS proxima post festum sancti LUCE, anno regni nostri IX, duos equos quos nobis deberunt de fine quem nobiscum fecerunt pro terra WALENSIUM de KENEFEG, et ideo vobis mandamus quod illos inde quietos esse faciatis. Teste me ipso apud WESTM' XXVIII die OCTOBRIS· Per ipsum Regem.

LXXXVI.

CARTA REGIS JOHANNIS DOMUI DE NETH.

[ROT: CART: P. 174.] 1208.

JOHANNES D. g. etc .... Sciatis nos pro Dei amore, et salute anime nostre, et animarum omnium antecessorum et heredum nostrorum, concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et abbatie de NETH, et monachis de ordine de SAUVENEIE ibidem Deo servientibus, omnes terras et ecclesias, molendindina, et forestas, et omnes tenuras suas quas habent de dono, vel emptione, vel commutatione sibi cartis suis confirmatas. Ex dono RICARDI de GRENVILL, totum vastum in bosco et plano inter has quatuor aquas, videlicet, THAWI, et CLENDACH, et NETH ,et PULKANAN, cum terra que est inter rivulum crucis CONSTANTIO et CLENDACH, capellam quoque castelli de NETH, cum omni decima procurationis domius sue in annona ceterisque rebus, et cum omni decima hominum terre illius, FRANCORUM, ANGLORUM, et WALENSIUM, et dimidiam partem totius piscis qui eidem castello pertinet, totum etiam feudum de AISSA cum ecclesia et cum omnibus pertinentiis suis, et molendinum de PENDELIN cum XXIII acris terre, et mansura molendinarii, et moltura ADE et hominum suorum. Villam quoque de LITTLEHAM cum omnibus appendiciis ejus quam dederunt SANSONI

de ALLWEIA, in excambium pro terra sua de KILTICAR, concessu WILLIELMI comitis GLOUCESTRIE, et WILLIELMI filii HENRICI, et JOHANNIS SORI, quod excambium postea inter abbatem de NETH et WILLIEMUM filium predicti SANSONIS coram H: rege patre nostro determinatum fuit; et ipsum feudum de KILTICAR cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis supradictis monachis ab eodem rege patre nostro in perpetuum confirmatum. Ex dono ROBERTI comitis GLOUCESTRIE terram de PONTE cum ecclesia quam tenuit RADULFUS heremita in elemosinam. Ex dono ejusdem comitis et WILLIELMI comitis filii ejus terram de BLAKESCARRA. Ex dono predicti comitis GLOUCESTRIE totum wreccum terre ipsorum. Ex dono ejusdem comitis mansionem unam in villa de KAERDIF. Ex dono WILLIELMI MOION concessu filiorum suorum EXEFORDAM et CUBEHIETU cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono HENRICI de VILIERT concessu domini sui HENRICI de WAREWICK grangiam de LOCHOR cum capella sancti MICHAELIS et cum terra que ad eandem grangiam pertinet. Ex dono MAURICII de LONDONIA concessu filiorum suorum partem terre sue juxta AISSAM. Ex dono GILEBERTI de TURBERVILL exclusagium molendini de KILTICAR. Ex dono RESI filii JUSTINI, concedentibus filiis suis JOVERD et OEYN et HOEL, terram de sancto ILITH cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis.

Concedimus etiam et confirmamus eisdem monachis ex dono nostro proprio dum essemus comes MORETONII, HUNTINGESHILL cum pertinentiis, et C acras de mariscis proximis terre eorum de BRIGETON, et preterea TURGEHILL cum pertinentiis suis. Ex dono LYSANTI filii MORGAN totam terram quam idem MORGAN dedit in perpetuam elemosinam inter AVENE et NETH: videlicet, PORTWER, et inde usque ad mare, et sexaginta quinque acras terre arabilis proximas domibus suis; et insuper totam insulam illam que est intra magnam pullam et totam terram que est extra valdam et etiam communionem pascuarii, et totam terram ipsius inter AVENE et THAWI. Ex dono WALTERI filii GILEBERTI et fratrum suorum terram de

BARNOTHESDONE cum pertinentiis suis. Ex dono THOME de CORNHELY, x acras terre arabilis in feudo suo de CORNHELY. Ex dono GALTERI BURDUN decem acras terre in feudo de NOVA VILLA. Ex dono THOME de SAUNFORD quitanciam II solidorum quos debebant ei reddere pro L acris terre et una acra et dimidia supra mare apud BLAKESCHE. Ex dono GALFRIDI THALEBOT totam terram suam de NIVELANDE cum pratis et pascuis et omnibus aliis aisiamentis ad eandem terram pertinentibus. Ex concessione et confirmatione WILLIELMI de STAVRE donum quod frater suus GERVASIUS eis dedit; videlicet totam terram quam pater suus tenuit de feudo RADULFI filii WILLIELMI inter ecclesiam sancti DECUMANI et KANISFORD. Ex dono WILLIELMI de BARRI XXX acras terre de feudo suo in GUER. Ex dono JOHANNIS de la MARE totam terram que fuit OSMUNDI GROSSI quam mater sua tenuit in dotem. Ex dono THAIN' BLAN [TAGMEL] XL acras terre arabilis juxta PORTENMAYN, et insuper aisiamenta terre sue in aquis et viis, et semitis, et communionem pasture sue.

Ex dono ROGERI et KENEWREC filiorum WIAN totam terram quam pater eorum tenuit de MORGANO filio KARADOCI in marisco de AVENE. Ex dono eorundem communionem pascuarii totius terre eorum in bosco et plano, et aisiamenta in aquis et viis et ceteris necessariis. Ex dono WRAN DROYN VIII acas terre arabilis de terra qua vocatur LAMPED in CUMTIOCH. Ex venditione JOHANNIS de GRENEHILL, et ALIENORE sponse sue terram suam apud sanctum AUGUSTINUM, et cum domo lapidea que in ea fundata est.

Volumus etiam sicut predictum est et firmiter precipimus quod predicta abbatia de NETH et monachi ejusdem loci et omnes possessiones eorum sint in manu et custodia et protectione nostra, et quod nulla eis injuria vel contumelia inferatur; sed si quis eis in aliquo forisfecerit plenaria eis sine dilatione justicia fiat. Et prohibemus ne ipsi de aliquo dominico suo ponantur in placitum unde habeant cartam suam nostram nisi coram nobis vel coram justiciariis nostris capitalibus. Volumus etiam et precipimus quod

equi et homines et omnes res eorum quas homines sui poterunt affidare suas esse proprias sint quiete de theloneo et passagio et pontagio et omni consuetudine per totam terram nostram, et prohibemus super forisfactum x librarum ne quis eos inde injuste disturbet. Hec omnia eis concessimus et confirmavimus sicut carte et litere patentes Regis H: patris nostri et carte et aliorum omnium tam donatorum quam confirmatorum vel venditorum quas inde habent rationabiliter testantur. Quare volumus etc...... Datum per manum H: de WELL: archidiaconi de WELL: apud BURBECHE vi die JANUARII anno regni nostri IX.

LXXXVII.

DE GILBERTO DE TURBEVILLA.

[ROT: CLAUS: I 99.] 1207.

Rex etc ...... ballivo de GLAMORGHAN etc .... Scias quod GILBERTUS de TURBEVILLA pacavit nobis in vigilia natalis Domini anno etc ...... IX I equum quem nobis debuit de fine quem nobiscum fecit de relevio terre sue et hoc vobis mandamus ut inde quietus sit. Teste me ipso apud GELDEFORD XXVII die DECEMBRIS.

LXXXVIII.

DE AGNETE DE TORINTON.

[ROT: DE FIN: P 423.] 9 JOHAN: 1208.

GLANMORGAN. AGNES que fuit uxor HAMELINI de TORINTON dat viginti marcas pro habenda terra sua quam ei hereditarie descendit, et quam idem HAMELINUS cum ea habuit cum bladis et catallis ejusdem terre quam eam contingat. Et mandatum est FAUK' tunc ballivo, quod accepta ab ea securitate de fine illo, faciat ita ei habere saisinam de predicta terra.

LXXXIX.

DE MORA DE LA WARETH.

[ROT: DE FIN: P 424.] 9 JOHAN: 1208.

Abbas de MORGAN dat centum marcas pro habenda in liberam elemosinam tota mora de la WARETH de HONODHALOC cum pertinenciis suis, et similiter terra PEITEVIN cum omnibus pertinenciis suis sicut continetur in carta domini Regis quam inde habuit.

XC.

MANDATUM REGIS BARONIBUS ETC DE GLANMORGAN.

[ROT: LIT: PAT: I 79.] 1208.

Rex omnibus baronibus et militibus de Honore de GLANMORGAN et de Honore de KAERDIF etc. Mandamus vobis quod faciatis fieri domos nostras in ballio castri de KAERDIF sicut ibi fieri debent et solent et faciatis ibi wardas sicut facere debetis et consuevistis sicut diligitis feoda vestra. Teste me ipso apud HARPET:, v die Marcii.

XCI.

DECLARATIO REGIS DE WALENSIBUS DE GOIHER.

[ROT: LIT: PAT: I 87.] 1208.

Rex omnibus etc. Sciatis nos quietasse Walenses de GOIHER de consuetudine quam servientes nostri de castello de SWENES' habuerunt cum predictis Walensibus commedendi, et nolumus quod ipsi super hoc decetero ab aliquo molestentur vel graventur. Teste domino WINTONENSI episcopo apud CRISTCHERICH, XI die Novembris.

XCII.

DECLARATIO REGIS DE ANGLICIS DE GOIHER.

[ROT:LIT:PAT: I 87.] 1208.

Rex omnibus etc. Sciatis nos quietasse Anglicos de GOIHER de consue-

tudine quam servientes nostri de castello de Swenes' habuerunt cum predictis Anglicis commedendi, et nolumus quod ipsi super hoc etc. Ut supra.

XCIII.

CARTA H: EPISCOP: LANDAV:.

[Harl: Chart: 75 A 21.] 1196—1218.

H. Dei gratia Landavensis ecclesie minister humilis universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem et benediccionem.

Universitati vestre significamus quod cum quedam contencio inter dilectos filios nostros monachos de Margan et Johannem Kairus et heredes illius super pastura totius terre sue preter segetes et prata que dudum prefatis monachis pro quodam magno excessu suo concesserat verteretur, tandem predictus Johannes et Milo filius ejus prenominator monachos nolentes injuste molestari memoratam pasturam monachis de Margan imperpetuum libere et quiete reddiderunt. Et predictus Milo coram nobis tactis sacrosanctis juramento firmavit se predictis monachis de Margan et omnibus rebus suis semper fore fidelem et obedientem et predictam pasturam contra omnes pro posse suo warantizaturum. His testibus Urbano decano de Landavia Nichola capellano Magistro Mauricio Rudulpho de Wincestria clerico W. de Sancto Donato Roberto de Berchele et multis aliis.

XCIV.

CARTA H. ABB.St P. GLOU. CRADOCO ET JOHANNI FRATRIBUS.

[Cart'm S'ti P. Glouc. ii 137.] Sine Dato.

Sciant presentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus S'ti Petri Gloucestriæ, concessimus Cradoco et Johanni fratri ejus duodecim acras terræ cum pertinentiis, scilicet cum prato et messuagio adjacentibus in villa nostra de Treygof, quæ jacent in australi parte

juxta terram quæ dicitur PISTELLONDE; tenendas et habendas de nobis, sibi et hæredibus suis, libere et quiete; reddendo nobis inde annuatim ad festum S'ti MICHAELIS duos solidos sterlingorum. Predicti vero CRADOCUS et JOHANNES frater ejus juramentum nobis præstiterunt, quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de solvendo reddito nostro plenarie termino statuto; et quod nec artem nec ingenium exquirent, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat; et quod predictam terram neque vendent neque excambient, neque in vadimonium ponent, nec alicui in feodum et hæreditatem tradent, neque ad alium locum religionis transferent, sine assensu nostro. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent. Predicti autem CRADOCUS et JOHANNES frater ejus, et eorum hæredes, salvo conducent ad boscum, et cum carris et carretis nostris de TREYGOF, quotiens servientes nostros de TREYGOF, sive pro meremio sive pro focalibus, ibidem accedere contingat. Et quotiens averia nostra et porcos nostros ejusdem manerii ad dictum boscum mittimus ad pascendum, totis viribus suis debent dicta averia et dictos porcos nostros defendere, et nos indemnes conservare, ne pro defectu suo per insultus aliquorum WALENSIUM diripiantur. Ipsi vero et hæredes eorum curiam nostram de TREYGOF sequentur. Et tam ipsi quam eorum hæredes, qui de dicta terra aliquam habuerint portionem, cum singuli sibi succedent, respondebunt nobis singulatim de heriotis suis. Quod si ipsi et hæredes eorum de predicto redditu et predictis servitiis nobis integre et sine fraude non responderint, licebit nobis dictam terram capere, et tenere, donec de dicto redditu nostro, una cum arreriagiis tam redditus nostri quam servitiorum predictorum, nobis plenarie satisfecerint. In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ munitans, eis tradidimus, alteram vero partem, sigillis ipsorum roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

XCV.

CARTA MOREDUTH DE HUSBOTE ET HEYBOTE.

[HARL: CHART: 75, B. 28.]

Omnibus sancte ecclesie filiis MORADUTH filius KARADOCI salutem. Sciatis quod quoniam receptus sum in plenam fraternitatem domus de MARGAN tunc recepi et ego domum ipsam et omnia que ad ipsam spectant et maxime grangiam illorum de LANTMEUTHIN cum omnibus catallis et pertinentibus suis in custodia et protectione mea sicut propria catalla mea. Et tunc concessi et dedi assensu uxoris mee NEST et heredum meorum pro salute anime mee et KARADOCI patris mei et uxoris mee NEST et omnium antecessorum meorum eidem domui in perpetuam elemosinam aisiamenta in bosco meo in usus grangie sue de LANTMEUTHIN quantumcunque opus habuerit ad meremium et ad focalia ad communem pasturam terre mee quantumcunque opus habuerit in usus ejusdem grangie ad boves et equos et porcos et animalia pascualia. Et hoc totum warantizabimus eis et acquietabimus ego et heredes mei ut habeant et teneant hoc totum libere et quiete ab omni seculari servicio et consuetudine et omni exaccione sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et quoniam eis hanc donationem feci dederunt michi monachi predicti domus de MORGAN C solidos karitatis intuitu. Hiis testibus HENRA sacerdote WILLIELMO sacerdote de Sancta JULETA Domina NEST uxore predicti MORADUTH KANEWREC filio MADOC MADOC filio KADUGAN ISC SEDAAN ROGERO filio WIAWAN EVELIN portario.

XCVI.

DE FEODO IN KADINGAN.

[ROT: DE FIN: I 535.] 16 JOHAN: 1214.

GLAMORGAN. REIMAND' filius MARTINI dat X marcas ut possit deduci secundum consuetudinem Honoris de GLAMORGAN, de feodo unius militis cum pertinentiis in KADINGAN, unde dicit quod MARTINUS pater ejus obiit saisatus.

XCVII.
MARITAGIUM COMITISSÆ ISABELLÆ.

[ROT: LIT: PAT: I 109.] 1214.

Rex etc ... FALKESIO de BREAUTE etc .... Scias quod dedimus ISABELLAM comitissam GLOUCESTRIE cognatam nostram GALFRIDO de MANDAVILL' comiti ESSEX' cum omnibus terris tenementis et feodis ejusdem comitissæ. Et ideo tibi mandamus quod eidem GALFRIDO de Honore de GLANMORGAN cum omnibus castris terris et tenementis et feodis et omnibus aliis ad Honorem illam pertinentibus sine dilatione plenariam saisinam habere facias. Et in hujus rei testimonium etc ... tibi mittimus. Teste meipso apud PORBEC' XXVI die JANUARII anno regni nostri XV.

XCVIII.
MANDATUM REGIS DE COMITISSA ISABELLA.

[ROT: LIT: PAT: I 109.] 1214.

Rex omnibus militibus et libere tenentibus de Honore GLOUCESTRIE etc. Sciatis quod dedimus ISABELLAM comitissam GLOUCESTRIE cognatam nostram GALFRIDO de MANDEVILLA comiti ESSEXIE in uxorem, cum omnibus terris et tenementis et feodis ejusdem comitisse. Ita tamen quod excaete et custodie que inde exciderunt ante tempus hujus concessionis illis remaneant quibus eas assignavimus salvo inde ipsis GALFRIDO et ISABELLE servicio suo. Et ideo vobis mandamus quod eidem GALFRIDO tanquam domino vestro sitis intendentes. Et in hujus rei testimonio etc vobis transmittimus. T: me ipso apud PORBEC: XXVIII die JANUARII anno regni nostri XV.

XCIX.
CARTA ISABELLÆ COMITISSÆ.

[NOV: MONASTICON IV 634. 1213—1216.

Sciant presentes et futuri quod ego ISABELLA, comitissa GLOUCESTRIE et ESSEXIE consensu et assensu domini mei GALFRIDI de MAUNDEVILLA Co-

mitis ESSEXIÆ et GLOUCESTRIÆ concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesiæ beatæ MARIÆ in ecclesia Sti BESILII juxta EBOD et monachis ibidem Deo servientibus pro anima JOHANNIS TRAVAIL qui ibidem in servicio nostro decessit tres acras quas JOHANNES HAVERLEWINE tenuit; tenendas et habendas in puram et perpetuam elemosinam in perpetuum liberos et quietos ab omni servicio et exactione seculari. Ut hæc autem libera mea concessio et confirmatio stabilis et illæsa permaneat presens scriptum sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus domino HENRICO comite de HEREFORDE WILLIELMO BLUNDO MORGAN de KARLION RADULPHO be SWINNER tunc vicecomite WALTERO de SULIA WILLIELMO de BERCEROLES Magistro RADULPHO MAILOC et multis aliis.

C.

MANDATUM REGIS H: DE SAISINA MICH: DE LONDONIA.

[ROT: LIT: CLAUS: I 294.] 1216.

Rex Majore et probis hominibus BRISTOLLI salutem. Mandamus vobis quod sine dilacione plenam saisinam habere faciatis magistro MICHAELI de LONDONIA de domibus suis in BRISTOLLO quas emit de abbate de MORGAN unde injuste dissaisitus est ut dicitur. Catalla etiam sua quæ in iisdem domibus capta fuerunt eidem magistro MICHAELO sine dilacione reddi faciatis. Et quam etc. Teste apud Bristollum, xx die Novembris. Per comitem W. Marescallum.

CI.

CONVENTIO INTER H. DE UMFRAMVILLE ET MONACHOS DE MARGAN.

[HARL: CHART: 75 A. 14.] 1217.

Sciant presentes et futuri quod ita convenit inter HENRICUM de UMFRAMVILLE et monachos de MARGAN anno incarnationis domini m°cc°xvij° quod scilicet idem HENRICUS remisit totam calumpniam quam habuit adversus

eos de terra de BEDINGTONE cum pertinenciis suis, et idem HENRICUS recepit pre manibus totam firmam suam viginti annorum de eadem terra. De quibus xx annis octo anni tunc fuerunt elapsi, et duodecim anni adhuc erant venturi, unde predicti monachi quieti sunt usque ad terminum duodecim annorum futurorum perimpletum, nec reddent predicto HENRICO aliquam firmam pro eadem terra ante Pascha anni supradicti incarnacionis m°cc°xxx° et si forte aliquis dirationaverit illam terram de predictis monachis infra predictos xij annos prenominatus HENRICUS vel heredes sui, redditum cujuslibet anni de predictis xij annis reddet eis quamdiu illam non poterunt warantizare. Hiis testibus DENO [OENO] decano. Magistro RADULPHO MAYLOCH WILLIELMO de K[R]ENNY RAIMUNDO de SULL' DAVID de BREHULL' tunc vicecomite de KAERDIF ROBERTO SAMPSONE WILLIELMO de LICHEFELD NICHOLAO et WALTERO monachis de MARGAN GAUFRIDO monacho de [N]EHT et multis aliis.

CII.

CARTA HENRICI EPISCOPI LANDAVENSIS.

[HARL: CHART: 75, A. 22.] 1196—1218.

H. dei gratia LANDAVENSIS ecclesie minister humilis universis sancte Matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in domino.

Universitati vestre notum facimus nos dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse monachis de MARGAN ad firmam in perpetuum totam terram usque in T......magna......bercheriam domini episcopi a walda in waldam. Habendum et tenendum de nobis et successoribus...... ...reddendo annuatim iiij[or] solidos ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio consuetudine et exaccione. Et habebunt ipsi et animalia eorum liberum ingressum et regressum ad usus predicte terre quantum opus habuerunt sine impedimento aliquorum sed et waldam manutenebunt

quantum terre eorum durat. Et nos et successores nostri warantizabimus eis predictam firmam in perpetuum. Et ut hec nostra concessio perpetuo firma consistat eam prefatis scripti serie et sigilli nostri confirmavimus appositione. Hiis testibus URBANO LANDAVENSIS archidiacono NICHOLAO thesaurario Magistro ROGERO Magistro WALTERO clerico HUBERTO vicario WALTERO capellano ABRAHAM vicario THOMA serviente.

CIII

DE ECCLESIA DE KENEFEG.

[COTTON MS. CLEOP. A VII, 85.] 1196—1218.

Carta H. LANDAVENSIS episcopi concedentis domui de Morgan ecclesiam de KENEFEG cum capellis terris et omnibus pertinentiis suis assensu et petitione W. abbatis et conventus THEOK' solvendo domui THEOK' annuatim x marcas; quinque infra octavam Pasche et quinque infra octavam sancti MICHAELIS.

CIV.

DE CAPELLA DE COGAN.

[COTT: MS. CLEOP: A VII 69 b] 1219—1229.

Decisio WILLIELMI episcopi de LANDAVIA et WALTERI abbatis de NETH et W. prioris de GHOLOLIVA de capella de COGAN et de duabus partibus omnium decimarum R. de SUMERI, quæ omnia R. de SUMERI clericus filius suus auctoritate literarum domini Papæ exegebat ab abbate ALANO et conventu THEOKESBURIÆ, et omnia adjudicata fuerunt prædictis abbati et conventui. Adjudicatum fuit illam capellam pertinere ecclesiæ de LANDOCHAN sicut ad matricem ecclesiam, et decimas ecclesiæ de CARDIFF.

CV.

CONFIRMATIO MORGANI GAM MONACHIS DE MARGAN.

[PENRICE MSS.]

Ego MORGAN filius MORGANI et fratres mei LEISAN et OWEIN concessi eis scilicet monachis quod decetero non vexabo eos nec impediam de aqua sua de AVENE aut aliquid injurie contra eos faciam aut fieri permittam et quod oves eorum de pastura non amovebo aut amoveri permittam pro aliqua causa aut ira quam erga prefatam domum habuero. Preterea sciendum quod eos non vexabo nec impediam de terris suis colendis quas habent in feodo NOVI CASTELLI quamdiu ipsum NOVUM CASTELLUM fuerit extra manum meam scilicet de me et de meis firmam pacem habebunt licet cum aliis pro predicto Novo CASTELLO guerram fecero. Insuper et supra sanctuaria eidem ecclesie juravi quod ego et heredes mei hec omnia fideliter et absque dolo tenebunt et prefatis monachis contra omnes homines pro posse nostro warantizabimuns. Hujus testibus CUICHLIN filio CANAN REDERCH et RIRID.

CVI

CARTA WILLIELMI EPISCOPI LANDAVENSIS.

[HARL: CART: 75 A 16. CIRCA—1220.

W. Dei gratia LANDAVENSIS episcopus archidiaconis decanis personis vicariis totius diocesis sue ad quos presentes littere pervenerint salutem gratiam et benedictionem. Et si omnibus in nostra constitutis ditione nostram pro juribus nostris debeamus defensionem domum tamen de MARGAN intuitu religionis que in ea domino cooperante florere dinoscitur speciali amplectimus dilectione et servis dei in ea domino militantibus et possessionibus eorum quas intra nostram habent diocesim quatenus possumus ubique per nos et nostros protectionis et custodie specialem volumus exhibere gratiam. Inde est quod universitatem vestram in solum attentius

rogamus sed etiam precipiendo in vi obediencie vobis injungimur ut si qui ex vestris parrochiis monachis de MARGAN injurias vel dampna aliqua inferre presumpserint singuli vestrum in malefactores vobis nominatos nostra auctoritate ecclesiasticam exerceatis justiciam ipsamque sententiam firmiter per vestras parrochias faciatis observari donec predictis monachis de injuriis et dampnis illatis congrue satisfecerint nostre similiter jure reservato. Vale.

CVII.

EPISTOLA FRATRIS G: ABBATIS CISTERCIENSIS.

[HARL: CART: 75 A 5.] 1228.

Venerabilibus et in Christo dilectis abbati et couventui de MARGAN frater G. dictus abbas CISTERCIENSIS totusque conventus abbatium capituli generalis eternam in Christo salutem.

Clamor exordinacionis miserabilium abbatiarum HIBERNIE ordinis nostre sepe delatus ad nos nuper manifeste nobis innotuit per visitatores in auctoritate et potestate nostra specialiter ad hoc destinatos ut viderent et scirent si clamorem opere complevissent qui etiam firmiter asserebant, quod prefate abbatie non possent in ordine reformari et relevari a paupertate nimia qua laborant mitius nisi ad munus alique majores abbatie subtracte suis inordinatis matribus que pro tanta culpa merentur jure suo privari aliis ordinatis abbatiis perpetuo jure supponantur. Et quia ordinis zelo accensi pro salute animarum et ordine reformando vultis recipere in filiam abbatiam de sancta CRUCE que hucusque fuit filia de MAGIO eandem abbatiam nobis et ecclesie nostre ex certa scientia et plenitudine potestatis damus in filiam perpetuo possidendam vobis quibus districte precipimus quatenus decetero ad reformandam predictam abbatiam filiam nostram in spiritualibus et temporalibus taliter sollicite intendatis ut anime salventur et nos non cogamur predictam adoptationem aliquando immutare. Datum anno gratie m°cc° viscesimo octavo tempore capituli generalis.

CVIII.

PROTECTIO HENRICI REGIS.

[HARL: CHART: 75 A 10.] 1228

HENRICUS Dei gratia Rex ANGLIE Dominus HIBERNIE DUX NORMANNIE AQUITANIE et Comes ANDEGAVIE omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos suscepisse in protectionem et defensionem nostram homines terras redditus possessiones et omnes res abbatis et monachorum de MARGAN in mari et terra. Et ideo vobis mandamus quod homines terras redditus possesiones et omnes res predictorum abbatis et monachorum in mari et in terra manuteneatis protegatis et defendatis nullam eis inferentes vel inferri permittentes molestiam injuriam dampnum aut................et si quid eis forisfactum fuerit id eis sine dilacione faciatis emendari. In cujus rei testimonium has litteras nostras patentes eis fecimus. Teste me ipso apud MEREWELL xxviii die MAII anno regni nostri duodecimo.

CIX.

CONFIRMATIO GILLEBERTI COMITIS SENIORIS.

[CART: STI PETRI GLOUC: II 19.] 1226—29.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis GILLEBERTUS de CLARA comes GLOUCESTRIÆ et HERTFORD, salutem. Sciatis me pro salute animæ meæ et comitissæ YSABELLÆ uxoris meæ, et omnium antecessorum meorum, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse, Deo et ecclesiæ Sti PETRI GLOUCESTRIÆ, et monachis ibidem Deo servientibus, omnia tenementa mea tam ecclesiastica quam secularia que habent de feodo meo in Honore GLOUCESTRIÆ, tam in WALLIA quam in ANGLIA, in puram et perpetuam elemosinam tenenda et habenda ita libere et quiete, sicut ea liberius unquam tenuerunt, in pratis, in pascuis, in viis et semitis, in plano et bosco, et in omnibus aliis libertatibus; videlicet ecclesiam Sti MICHAELIS de EWENNY, et ecclesiam Ste BRIGIDÆ, cum terris et decimis et omnibus

beneficiis que ad illas pertinent, similiter ecclesiam Sti MICHAELIS de COLWINSTONE cum terris et decimis que ad illam pertinent, sicut in cartis MAURICII et WILLIELMI de LONDONIA continetur, item totam terram quam WILLELMUS de CORENDONE dedit prioratui de EWENNI; item totam terram quam SYMON de TURBERVILLA et GILLEBERTUS et PAGANUS de TURBERVILLA dederunt predicto prioratui, sicut in cartis eorum continetur; et totam terram quam GAUFRIDUS de CAUSI dedit eidem prioratui; item undecim acras prati quas HERBERTUS filius HUGONIS dedit eidem prioratui; et quatuor acras terre juxta rivulum ALUNE quas dedit PAGANUS grossus et montem de EWENNI et redditibus et piscariis suis pertinentiis sicut in cartis eorum continetur; item ecclesiam de NOVO BURGO cum omnibus pertinentiis et libertatibus et redditibus et piscariis sicut etc......; item manerium de TRAYGOF, quod est in comitatu de GLAMORGAN quod ab antiquo tenuerunt et sicut antiquitatus in tempore antecessorum meorum melius tenuerunt, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis. In hujus etc., etc. Hiis testibus.

CX.

LITERÆ DOMINI E: LANDAV: EPISCOPI.

[COTTON MS. CLEOP: A. VII.] 1230—40.

E: Dei gratia LANDAVENIS episcopus, dilectis sibi in CHRISTO fratribus, priori de KAIRDIF et ejusdem loci capellanis, salutem et benedictionem. Mandamus vobis firmiter injungentes quatenus omnes detentores decimarum occasione servientium vel messorum, et omnes detentores decimarum quæ renovantur per annum, si semel, secundo, et tertio commoniti, excessum suum non emendaverint, auctoritate nostra excommunicationis sententia innodetis. Preterea vobis mandamus quatenus in tribus solemnibus festivitatibus, scilicet nativitate Domini, Penticoste, assumptione B: MARIÆ, excommunicetis in genere, et solemniter, sortiarios, perjuros supra sacra loca, incendiarios,

usurarios, raptores publicos, malitiose impedientes executionem legalium testamentorum, et eos qui pignus, ubi nihil de sorte minuitur, retinent, postquam de fructibus sortem receperint, deductis expensis. Ita tamen quod sine auctoritate nostra vel officialis nostri non absolvantur. Valete.

CXI.

CARTA WILLIELMI DE BARRI DE XXX ACRIS TERRE.

[HARL: CHART: 75 B 5b.] CIRCA 1230.

Reverendo patri et domino MINEVENIE episcopo et universis sancte matris ecclesie filiis WILLIELMUS de BARRI salutem. Noverit universitas vestra quod ego pro salute anime mee et sponse mee et animabus omnium predecessorum et successorum meorum dedi et concessi Deo et monasterio sancte MARIE de NETH et monachis ibidem divino mancipatis officio triginta acras terre de feudo meo in GUER inter montem de KEVENBRUN et viam que per silvam de BRUIZ tendit ab villam de PENMAIN cum adjacente communicatione tam in bosco quam in plano in perpetuam elemosinam de me et heredibus meis tenendam ab omni seculari servicio et exactione quietam et liberam excepta quadam annua recognitione mihi vel heredibus meis persolvenda videlicet quatuor pellibus agninis. Et si forte numerus predictarum acrarum supra viam prenotatam non plenus fuerit inventus concedo ut de terra mea sub eadem via tantam habeant quantitatem predicti monachi quanta sufficiat ad perfectam integritatem prescripti numeri. Et ut hec mea donatio rata et inconcussa permaneat eam presenti carta mea confirmo et sigilli mei impressione corroboro. His testibus PHILIPPO milite de MARC[E]OS WILLIELMO REVEL constabulario de SUEINNESHA' ANFREDO NECH WILLIELMO de CANTOL' et HUGONE de VILLERS JOHANNE filio ALWARDI SAMSONE filio GOLWINE JORDANO fabro de villa episcopi in GUER RICARDO clerico et multis aliis.

CXII.

QUIETACLAMATIO MAB: DE BONAVILLA DOTIS SUÆ.

[HARL: CHART: 75, B. 15.] CIRCA 1230.

Sciant presentes et futuri quod ego MABILLA de BONAVILLA consilio amicorum meorum quietam clamavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam dotem meam in terra de BONEVILLESTUN pro octo libris sterlingorum. Et ego warantizabo istud contra omnes homines quamdiu vixero. Hiis testibus REIMUNDO de SULIA ROBERTO SAMSON GALFRIDO de BONAVILLA HENRICO de BONAVILLA SIMONE de BONAVILLA RADULPHO portario WILLIELMO de KERD' monachis de MARGAN et multis aliis.

CXIII.

CARTA HEN: DE HUMFRANVILLA.

[HODG: NORTHUM: I PT II P 10.]

Sciant presentes et futuri quod ego HENRICUS de HUMFRANVILLA dedi et concessi G. BRIFINO filio URBANI archidiaconi xx acras terre quas idem URBANUS pater suus de me tenuit juxta crucem que sita est in via que tendit de NANTKARVAN ad LANDILTIT inter duas valles a magna via usque in aquam de KARVAN et unam acram terre et dimidiam ad aumentum que jacet inter latum fontem et vadum KILWENT in longum KARVAN juxta SEIUESLAD sibi et heredibus suis tenendas de me et heredibus meis libere quiete et integre. Reddendo mihi vel heredibus meis singulis annis duos solidos ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio consuetudine et actione. Et ut mea donatio robur perpetue firmitatis optineat eam sigilli mei impressione et testium inscriptione communivi. Hiis testibus REIMUNDO de SULIA WILLIELMO de REIGNI MAURICIO de CANTIL [UPO] Magistro RADULPHO MAILOC ROBERTO SAMSON THOMA de BODIC' ADA ANDELIN ROGERO filio ENIGRA' HENRICO de BODIC' HENRICO capellano RALF' capellano et multis aliis.

CXIV.

CARTA OSBERNI BOSSE.

[HARL: CHART: 75 B. 23.] CIRCA 1230.

SCIANT presentes et futuri quod ego OSBERNUS BOSSE consensu et consilio heredum meorum et aliorum amicorum meorum dedi et concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam totam terram meam in HOHBLESWRDI scilicet unam acram terre et dimidiam et aliquantulum majus ut dicti monachi habeant et teneant eandem terram de me et heredibus meis libere et quiete et pacifice ab omni consuetudine et exactione et servicio seculari, sicut ulla elemosina liberius et quietius teneri potest vel haberi in perpetuum, excepto regali servicio quod ad tantam portiunculam terre pertinet. Hiis testibus, PETRO CROC RADULFO de STOKES, HUGONE de HOWELLE, RICARDO VENATORE, WILLIELMO de CRIHULLE, PETRO senescallo, JOHANNE de FRITH, RICARDO tunc capellano de TOKUIT', JOHANNE AYLARD monacho de KYNGESWDE, DUNSTANO et WALTERO monachis de MARGAN et multis aliis.

CXV.

DE CUSTODIA TERRÆ ET HÆREDIS MEREDUCI SEYS.

[ROT: FIN: I 235.] 1232.

NESTA que fuit uxor MEREDUCI SEYS qui tenuit terram suam de GILEBERTO quondam comite GLOUCESTRIE cujus terræ et hæredis custodia est in manu Regis finem fecit cum Rege pro x marcis pro habenda custodia terre et heredis ipsius MEREDUCI usque ad legitimam ætatem ejusdem hæredis. Et mandatum est P: de RIVALI quod accepta ab ea securitate de predictis decem marcis Regi reddendis ei de tota terra cum pertinenciis quam predictus MEREDUCUS tenuit de predicto comite et unde idem MEREDUCUS fuit saisitus die quo obiit sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste Rege apud STRIGOIL XIX die DECEMBRIS.

CXVI.

DE FEODO UNIUS MILITIS IN KADINGAN.

[Rot: de Fin: p. 535.] 16 Johan: 1214.

Glamorgan. Reimandus filius Martini dat x marcas ut possit deduci secundum consuetudinem Honoris de Glamorgan de feodo unius militis cum pertinenciis in Kadingan unde dicunt quod Martinus pater ejus obiit saisitus.

CXVII.

CARTA RESI COH.

[Harl: Chart: 75 B. 40.] 1234.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Resus Coh junior salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu amicorum meorum quietum clamavi et abjuravi et hac carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum meorum Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibi Deo servientibus totum clamium meum et totum jus quod dicebam me habere in terra de Egleskeyn occasione forestarie videlicet tres domos in pastura de Egleskeyn ad pascendum ubi vellem inter aquam de Garewe et aquam de Uggemor extra pratum et bladum hoc totum quietum clamavi pro omnibus heredibus meis et assignatis meis ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram suam scilicet quicquid continetur inter predictas aquas libere et quiete et pacifice pro me et omnibus meis sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri in omnibus et per omnia sicut carte donatorum quas inde habent testantur. Et ego et heredes mei warantizabimus hanc quietum clamacionem contra omnes homines et omnes feminas in perpetuum. Et sciendum quod hoc totum factum est coram domino Elya Landavense episcopo apud Margan circa festum omnium Sanctorum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo

quarto. Et preterea sciendum quod affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravi quod omnia ista fideliter et sine dolo servabo in perpetuum et quod fidelis ero dicte domui semper et ubique et quod bona illorum custodiam et defendam pro omni posse meo ubicunque et precipue in terra de EGLESKEYN et quod non sinam pro omni posse meo quod aliquis cum averiis suis intret in terram de EGLESKEN ad pascendum. Et ut hec concessio mea rata et inconcussa permaneat predictus episcopus et MORGANUS GAM huic scripto sigilla sua apposuerunt una cum sigillo meo. Hiis testibus domino ELYA LANDAVENSE episcopo magistro RICARDO de KERLYUN JOHANNE capellano RICARDO notario episcopi MORGANO CAM ANYANO ab MADOC LEWELINO ab ROGER YORVARDO ab ESPUS OWENO ab ALAYTHEN RESO fratre ejus DAVID ab WYLYM LEWARH PUYNEL OSBERNO et THOMA de CANTELO monachis de Margan ESPUS et ANYANO conversis de MARGAN et multis aliis.

CXVIII.

QUIETA-CLAMATIO JOHANNIS RESI ET ALII.

[HARL: CHART: 75 B. 9.] 1234.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris JOHANNES RESUS ROGERUS GALFRIDUS HENRICUS MOREDUTH MAURICIUS filius GRIFFINI BEGAN salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod loquela illa que fuit inter nos ex una parte et ROGERUM STURMI avunculum nostrum ex altera de medietate redditus de STURMIESTUNE tali fine amicabiliter conquievit, videlicet quod nos per consilium GRIFFINI BEGAN patris nostri et RESI filii GRIFFINI domini nostri et aliorum amicorum nostrorum quietum clamavimus et abjuravimus versus ROGERUM STURMI avunculum nostrum et totum jus quod dicebamus nos habere de medietate dicti redditus de STURMIESTUN scilicet de medietate dimidie marce quam monachi de MARGAN solebant reddere annuatim eidem ROGERO pro terra de STURMIESTUN quam

medietatem scilicet quadraginta denarios dicebamus predictum Rogerum avunculum nostrum dedisse et incartasse patri nostro Griffino in maritagium cum sorore sua matre nostra. Juravimus eciam coram pluribus bonis viris pro nobis et heredibus nostris in ecclesia de Landaf super tumbam sancti Theliawi et super omnia sacrosancta ejusdem ecclesie quod nunquam vexabimus monachos de Margan pro predicto redditu nec pro predicto tenemento vel aliqua parte ejus set habeant et teneant dicti monachi dictum tenementum libere quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus nostris in perpetuum in omnibus et per omnia sicut carta dicti avunculi nostri quam inde habent testatur. Et nos istam quietam clamationem nostram warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Et preterea sciendum quod quando fecimus dictam quietam clamationem dictus avunculus noster dedit nobis quinque marcas sterlingorum per manum monachorum de Margan non pro jure quod habuerimus in clamio nostro set quia nepotes ejus fuimus et voluit nos promovere. Et hoc totum factum est anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto in septimana Pentecostis in ecclesia de Landav coram domino E. tunc Landavense episcopo et Mauricio archidiacono et multis tam canonicis quam clericis ejusdem ecclesie et coram Reso filio Griffini et multis aliis existente eodem archidiacono procuratore dicti avunculi nostri una cum fratre Johanne tunc abbate de Margan. Et quia propria sigilla non habuimus sigillum domini Elye tunc Landavensis episcopi et sigillum capituli ejusdem ecclesie presenti scripto ex parte nostra apposita sunt ad peticionem nostrum. Et sigillum Mauricii archidiaconi et sigillum Johannis abbatis de Margan procuratorum avunculi nostri apposita sunt eidem scripto ex parte ejusdem avunculi nostri. Hiis testibus domino Elya tunc episcopo Landavense Mauricio tunc archidiacono Landavense Mauricio Gobion thesaurario Radulfo de Novo Castello canonico Landavense Magistro Mauricio de Cristchurche Magistro Ricardo de Kerliun Reymundo de Suly Willielmo de Regni

Reso filio Griffini Reso ab Kenewreg Yorvard' Velin Kenewreg ab Yorvard' et multis aliis.

CXIX.

CARTA MORGANI KAM.

[Harl: Chart: 75 C. 21.] 1180—1240.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Morganus Kam salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totum communem pasture mee inter Avenam et divisas que sunt inter dictos monachos de Margan et monachos de Neth, tam in marisco quam in metis ad usum vaccarum suarum et ceterorum animalium. Ita ut dicti monachi habeant et teneant dictam pasturam et utantur ea bene et in pace libere et quiete sine contradictione mei vel heredum meorum reddendo inde mihi vel heredibus meis quadraginta denarios annuatim ad festum sancti Andree pro omni servicio exactione et demanda seculari. Concessi etiam dictis monachis locum unum idoneum in dictis metis ad domum faciendum si voluerint ad opus vaccarum suarum. Hec omnia ego et heredes mei dictis monachis pro predicto servicio contra omnes homines warantizabimus. Et ut premissa firmitatis robur inperpetuum optineant, presens scriptum sigilli mei apposicione roboravi. Hiis testibus, Henrico ab Willim, Lewelino ab Rog's, Reso fratre ejus, Galfrido ab Herebert, Osberto et Thoma monachis de Margan, Hespus, Roberto petit conversis de Marg', et multis aliis.

CXX.

CARTA THOMÆ GRAMI.

[harl: chart: 75. c. 8.]

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Sciatis quod ego

THOMAS GRAMUS filius ROGERI GRAMI dedi et concessi et hac mea carta consensu et consilio et concessu ISUD uxoris meæ et heredum meorum confirmavi HUGONI filio HUGONIS et heredibus suis duas acras arabiles quæ jacent de via regali ad GOILAKE in latitudine octo virgarum. Tenendas et habendas inperpetuum de me et heredibus meis ipsis et héredibus suis libere et quiete ab omni servitio et ab omni demanda reddendo inde annuatim ad festum Sancti MICHAELIS mihi et heredibus meis duos denarios. Et ego et heredes mei warantizabimus hanc predictam terram HUGONI et heredibus suis contra omnes homines et feminas. Et pro hac donatione predictus HUGO dedit nobis duas marcas argenti. Hiis testibus WILLIELMO de CORNELI WILLIELMO COLE GILEBERTO de NETH HENRICO de NETH WILLIELMO de SANCTO DONATO ODEKIN JURDAN et multis aliis.

CXXI.

DONATIO YSABELLE COMITISSE DOMUI DE MARGAN.

[PENRICE MSS.] SINE DATO.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego YSABELLA comitissa GLOUCESTRIE et ESSEXIE in libera viduitate mea dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus pro salute mee et antecessorum et successorum meorum et domini comitis GALFRIDI de MANDEVILL' quondam mariti mei in puram et perpetuam elemosinam has terras in feodo de KENEFEG. Scilicet totam terram PEITEMY? per divisas suas cum pertinenciis suis; et totam terram HUGONIS de HEREFORD cum pertinenciis suis et totam terram WALENSIUM pro qua solebant reddere annuatim triginta duos solidos ballivis de KENEFEG' et totam terram de HEVEDHALOC inter duas aquas scilicet KENEFEG' et..............HAY. Habendas et tenendas de me et heredibus meis inperpetuum libere et quiete ab omni servicio consuetudine et exaccione sicut ulla elemosina libere et quiete potest teneri.

Preterea remisi eis quietum clamium inperpetuum totum forinsecum servicium de feodo de LANGEWY in omnibus que ad me vel heredes meos vel antecessores de eodem servicio pertinent vel pertinere solebant, preter dimidiam marcam argenti quam sol[ebant reddere] pro omni forinseco servicio ad nos pertinente reddendo annuatim mihi et heredibus meis............Preterea de omnibus tenementis que prefati monachi tenent de liberis hominibus meis tam militibus quam aliis totum forinsecum servicium militis sive venatoris vel al[iter]...........servientis...........quod ad antecessores meos pertinere solebat vel quod ad me vel heredes meos pertinet eisdem monachis relaxavi et quietum clamavi inperpetuum. Preterea dedi eisdem monachis in perpetuam elemosinam communem pasturam in toto marisco meo ad occidentalem partem ville de KAERDIF. Ita quod pro singulis capitibus animalium suorum..............michi reddent annuatim et heredibus meis quantum burgenses de KAERDIF reddere solebant pro singulis capitibus animalium suorum annuatim ballivis de KAERDIF tempore WILLIELMI comitis GLOUCESTRIE patris mei. Ut autem hec mea donatio firma et stabilis sit in perpetuum eam presenti carta mea confirmavi et sigilli mei appositione munivi. Hiis testibus SAIHERO de QUENCY comite WINTON' HENRICO de FURNELL' WILLIELMO de TICHES' MARTINO hostiario JOHANNE de SWINESHEVED WILLIELMO canonico de KAINESHAM NICHOL por[tiario] de MARGAN fratre THOMA converso THOMA [PIRUM ?] et multis aliis.

CXXII.

MANDATUM REGIS CERTIS WALENSIBUS.

[N: FŒDERA: I 258.] 1245.

Mandatum est cuilibet Walensium quod compareant coram Rege, in curia Regis WESTMONASTERII in crastino Cinerum, responsuri et judicium recepturi de homicidiis, deprædationibus, et aliis dampnis, quæ perpetrata sunt

in regno Regis, contra pacem Regis. Teste Rege, apud WESTMONASTERIUM, sexto die Januarii.

Baronibus de NORWALLIA, qui fecerunt Regi homagium (sextisdecimis nominatim).

Baronibus de SUTWALLIA.

MAILGUN filio MAILGUN.
MEREDUK filio OWEYN.
MEREDUK filio RESI SCREK.
Filiis RESI WACHEN.
RESO filio GRIFFINI.
Filio MORGAN GAM.
Howel AMEREDUK.

CXXIII.

CARTA LEYSANI DE AVENE.

[PENES H. H. VIVIAN Brm] SINE DATO.

Sciant presentes et futuri quod [ego] LEYSAN ap MORGAN dominus de AVENE filius et heres Morgani vachan dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro me et heredibus seu assignatis meis omnibus Anglicanis burgensibus et etiam chenceribus meis de AVENE et eorum heredibus et assignatis omnes libertates in villa mea de AVENE et in toto dominio meo infra limites de AVENE quas habent burgenses de KENEFIG in villa de KENEFIG et infra dominium domini comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE quantum in me est. Et dabunt octo lagenas de quolibet bracino pro servicio molendini et pro assisa mihi et heredibus et assignatis meis. Concessi etiam pro me et heredibus meis et assignatis predictis burgensibus et chenceribus meis de AVENE et eorum heredibus et assignatis libere quiete bene et in pace et sine aliqua calumpnia housbote et heybote in omnibus nemoribus hominum meorum de me tenencium et optinebunt communem pasturam libere quiete bene et in pace in perpetuum in omnibus locis silvis pratis pascuis et pasturis tempore aperto super terram meam et etiam illam pasturam in

latere de le Dinas que est inter Karnwendrez et locum qui dicitur Karkedrez in longitudine et in latitudine inter terram arabilem de Tyrus-kez usque ad terram arabilem super le Dinas in omni tempore anni. Et si contingat me aut heredes vel assignatos meos circa aliquam terram claustruram facere et dicta claustrura prostrata fuerit per bestias dictorum burgensium seu chenceriorum tenentur eandem claustruram iterum construere. Et etiam habebunt communem pasturam in tempore aperto in omnibus boscis pratis pascuis et pasturis hominum meorum de me tenencium cujuscunque conditionis fuerint. Pro hac autem donatione concessione et presenti carte mee confirmatione dederunt mihi predicti burgenses mei et chencerii quadraginta solidos sterlingorum. Et quia volo quod hec mea donatio concessio et presens carte mee confirmatio robur perpetue stabilitatis optineat hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino Thoma tunc abbate de Margan Enea rectore ecclesie de Avene Henrico clerico tunc senescallo de Avene Reso ap Morgan Reso ap Cradoc et multis aliis.

CXXIV.

MANDATUM REGIS DE R: COM: GLOUCESTRIÆ.

[Exc: e Rot: Fin: i 436.] 1245.

Pro comite Gloucestriæ. Mandatum est baronibus de scaccario quod demandam quam faciunt Ricardo comiti Gloucestriæ et Hertfordiæ pro summonitione scaccarii de murdris et aliis de quibus clamat habere libertatem per G: quondam comitem Glouc: et Hert: patrem suum in respectum ponant usque in xv dies a die Sti Michaelis. Teste etc x die Junii.

CXXV.

PLACITA CORAM REGE INTER RIC: SYWARD, QUER: ET R: COM: GLOUC: ET HERTF: DEF.

[Wallia 32 Hen. III, Sti Mich: Cott. MS. Vitellius, c.x,p. 17 2b.] 1248.

Gloucestria.—Ricardus de Clare comes Gloucestrie attachiatus fuit ad respondendum Ricardo Syward de placito quare cum venisset ad mandatum suum ad quoddam parliamentum in Glammorgan ipsum Ricardum arrestavit et coegit ad obsides tradendos donec redderet ei castrum suum de Chaleman et constabularium suum cepit et imprisonavit contra pacem etc et unde queritur quod cum venisset apud les Escaleurs in Glammorgan ubi predictus comes tenuit parliamentum suum die Mercurii proximo ante translationem Sti Thome Martiris regno Regis qui nunc est xxix [5 Julii 1245] in pace domini Regis absque summonitione contentione et placito que ibi credebat habere venit dictus comes et corpus ipsius Ricardi arrestavit et tanquam prisonem detinuit donec obsidem ei invenisset scilicet Paganum de Sto Philiberto ut personaliter veniret in crastino ad reddendum ei predictum castrum suum de Chaleman ita quod ibidem venit cum constabulario suo et quodam alio serviente statim venit predictus comes et ipsos cepit et ipsum Ricardum retinuit donec ei redderet predictum castrum sibi reddidit. Idem comes retinuit constabularium predictum et illum poni fecit in gaola sua in vinculis et ferris donec finem fecisset cum eo pro vita sua et membris suis pro lx marcis. Preterea predictus comes ista malitia nondum contentus ubi idem Ricardus habuit terram suam de Llanblidian extra castrum predictum venit predictus comes et contra pacem domini Regis et ibi cepit 50 boves de precio xxx. marcarum et cc bidentes precio...........marcarum et alia animalia et bona alia contra pacem et abduxit. Et postquam dominus Rex mandavit dicto comiti quod dominus predictus Ricardus fuisset in servicio domini Regis et in guerra sua apud Glammork omnes contentiones inter eos mote ponerentur in respectum et omnia bona ipsius Ricardi in

pace essent usque in crastinum animarum, venit predictus comes et terram ipsius RICARDI cepit in manum suam et fecit liberos homines suos facere ei homagium et villanos fidelitatem. Et quod hoc sicut contra pacem domini Regis et dampnum suum de quo producit testes. Et comes alias venit coram domino Rege scilicet a die Pasche in xv dies apud OXONIAM anno regni sui tricesimo primo [1247] quod attachiatus fuit ad respondendum predicto RICARDO de predictis transgressionibus et defendit vim etc et quicquid contra pacem est etc. Et dixit quod non videbatur ei quod debeat ei ibidem respondere quia cum predictus RICARDUS conquestus fuit de transgressione ei facta in GLAMMORGAN et ipse comes habuit talem libertatem in terra sua de GLAMMORGAN quod nullus de hominibus suis nec aliis debent de aliquo placito placitare alibi quam infra libertatem suam de GLAMMORGAN et de secta idem RICARDUS qui tunc conquerebatur est de libertate illa et terre unde conquerebatur et res sunt de GLAMMORGAN. Et desicut ipse conquestus fuit quod transgressio predicta si facta fuit ibidem. Et desicut ipse nec antecessores sui nunquam alibi solebant placitare quam ibidem non videbatur ei quod deberet ei respondere. Et rogavit dominum Regem quod teneret ei libertatem suam et quod dominus Rex mitteret ibidem si ei placeret duos vel tres vel quatuor milites de consilio ad audiendam querelam predicti RICARDI ibidem et responsam suam ita quod si bene fecerit secundum consuetudinem patrie pro justitia fieret sin autem bene concederet quod factum ejus corrigeretur per dominum Regem. Et comes requisivit extra placitum si ipse haberet castrum et terram predictam de judicio comitatus sui vel alio modo duxit quod bene ostendet ibidem quod ille habuit per judicium curie sue et secundum consuetudinem et usagium patrie. Et RICARDUS SIWARD per attornatum suum tunc venit et dixit quod non videbatur ei quod debet curiam suam de querela illa ibidem habere set debet tunc coram Rege respondere quod ipse RICARDUS conquestus fuit de persona propria ipsius comitis.

Postea coram domino Rege et consilio suo tunc provisum fuit quod dominus Rex mittet ibidem WALTERUM de CLIFFORD JOHANNEM de MUNEMEN' WALERANNUM THEOTONICUM et GILBERTUM de VAL' ad audiendum in curia predicta utrum dictus comes bene fecerat et juste in facto predicto ita quod si bene fecerat secundum consuetudinem et usagium patrie staret factum sin autem milites facerent recordum domino Regi et ipse factum illud corrigeret. Unde per provisum illum mandatum fuit predictis WALTERO de CLIFFORD JOHANNI de MUNEMEN' WALTERO THEOTONICO et loco GILBERTI de VAL' NICHOLAO de MEULES quod essent coram domino Rege a die Sti JOHANNIS Baptiste [4 Junii] in unum mensem proximo preterito etc ad testificandum simul recordum factum in curia RICARDI comitis GLOUCESTRIE de GLAMMORGAN inter ipsum comitem et RICARDUM SYWARD per quod idem RICARDUS dixit injuste esse utlagatus et quod recordum domino Regi mitterent sub sigillis suis in crastino Sti HILLARII [2 Oct's]. Et ubi tunc venisse debuerunt etc simul ad testificandum recordum. Illud et non venerunt sicut venire debuerunt etc et ipsi omnes ad diem illam venerunt et testificati fuerunt quod recordum quod miserunt in crastino Sti HILLARII secundum quod in recordo illo scriptum fuit audiverunt recordari in comitatu de GLAMMORGAN et quando predictus comes fecit coram eis recordum illud omni eodem modo sicut continetur in predicto recordo et similiter testificati fuerunt quod coram eis venit PAGANUS de Sto PHILIBERTO et obtulit se quam attornatum predicti RICARDI SYWARD et obtulit probare per corpus cujusdam liberi hominis contra curiam predictam quod recordum illud quod recordabatur coram ipsis militibus in parte fuit verum et in parte falsum et protulerunt recordum quod tale est.

COMITATUS de GLAMMORGAN.—Apud STALIN die MERCURII proximo ante translationem beati THOME Martiris anno R. R. HENRICI xxix: [5 Julii 1245] ibidem venit RICARDUS de CLARE comes GLOUCESTRIE et HERTFORDIE et appellare fecit dominum RICARDUM SYWARD de seductione et felonia quam

ei faciebat scilicet quod dictus RICARDUS SYWARD qui fuit de familia comitis et de consilio contra fidem comitis et homagium quod ei fecerat et contra pacem suam sicut felonus infregit treugas que capte fuerunt inter dominum comitem et HOWELINUM filium MEREDUCKI que quedam treuge capte fuerunt pro comite et pro omnibus hominibus suis de GLAMMORGAN videlicet a die Dominica proxima post festum Sti MARTINI durature usque ad EPIPHANIAM proxime sequentem ejusdem anni. Nam idem RICARDUS SYWARD contra fidem dicti comitis et contra pacem suam et contra formam predictarum treugarum ad exheredacionem comitis et ad guerram tenendam super ipsum comitem et homines suos et terram suam. Cepit gentes et imprisonavit scilicet GRIFFINUM LATIMER WRAMON ab KADOUGAN RESUM ab KADOUGAN GRIFFINUM MEURCK VAUGHAN YORUARD ab AGARAETH et alios scilicet die MARTIS proximo post diem Nativitatis infra predictam treugam qua accione dictus HOWEL cepit THOMAM de HODNACK infra eandem treugam et ipsum redemit per ducentas marcas unde WILLIELMUS de WAUTONE vicecomes et alii ballivi comitatus mandaverunt dicto HOWELO quod faceret illud commendare et dictus HOWEL respondit quod libenter illud emendaret si ipsi delictum ei factum infra eandem treugam scilicet de hominibus suis captis per dictum RICARDUM SYWARD ut predictum est emendassent. Quod quidem dicti ballivi comitis emendare concesserunt et dictum parliamentum super hoc ceperunt ad delictum ex utraque parte factum emendendum per consideracionem XII proborum et legalium virorum scilicet domini ROBERTI WALERAND domini JOHANNIS de REGNI THOME de NERBERT ROBERTI de CANTILUP JOEL filii WILLIELMI THOME de MUTT ex parte comitis, EKENENEWREK ab WYON HOWEL VACHAN JORVARD ab ESPUS RESI COTE WILLIELMI CLERICI RESI ab ALATHE ex parte HOWEL et dominus WILLIELMUS de WAUTONE vicecomes et dominus RICARDUS SYWARD et alii pro comite affidaverunt ad standum ad consideracionem dictorum XII virorum. Et dictus HOWEL pro se et complicibus suis idem affidavit unde ad diem

parliamenti scilicet ad molendinum SEGOD predicti XII viri consideraverunt quod dictus R: SYWARD dictos homines dicti HOWELI reddere debet et dictus HOWEL dictum T: de HODENACH et arma sua et catalla deliberare et reddere debet: quam consideracionem vicecomes concessit pro comite quod dictus HOWEL ex parte sua idem concessit. Set dictus RICARDUS SYWARD illud contradixit dicendo quod dictos homines reddere noluit nec deliberare et quod nihil habuit agendi de treugis comitis et quod nihil habuit nullatenus treugam illam noluit tenere. Unde per hoc incipit guerram talem in qua idem RICARDUS SYWARD sicut felonus et felonice et seductus fuit consensientibus dicto HOWELO et hominibus suis inimicis comitis et treugam habuit cum domino HOWEL infra mortalem guerram comitis. Et hoc sine assensu et consilio comitis vel ballivorum suorum quod patuit nam dictus comes nec garnisones castrorum suorum scilicet de KIDIS et de aliis castris suis nullam poterant ire equitacionem; set dictum HOWEL quin dictus RICARDUS SYWARD qui de consilio comitis fuit sicut seductor et felonus et felonice per se et per homines suos contra fidem et pacem comitis et homagium quod ei fecerat et hoc felonice fecit et procuravit ad exheredacionem comitis et ad damnum et hurtagium ipsius et hominum suorum et terrarum suarum ad valenciam mille librarum sterlingarum et amplius sive morte proborum virorum ut de domino HERBERTO filio MATHEI et de multis aliis sive combustione terrarum suarum. Et si predictus RICARDUS talis esset quod hanc feloniam seduccionem defendere vellet STEPHANUS BAUCEN miles et homo comitis paratus est per corpus suum sicut audiens et videns ad disracionandum versus dictum RICARDUM SYWARD sicut versus felonem et seductorem per omnes quod comes consideraret quod facere debent. Et si forte contingerit quod dictus STEPHANUS BAUCEN hoc facere non posset per corpus domini THOME de BELLO-CAMPO vel per alium sufficientem versus dictum RICARDUM SYWARD comes illum probaret. Et de hoc invenit plegios ad prosequendum scilicet WALTERUM de SULLIA GILBERTUM de UMFRAVILL et JOHANNEM de REGNI.

Et RICARDUS venit et respondit et defendit totam feloniam et totum factum ut predictum est et posuit in judicio comitatus si debeat de predictis respondere versus dictum STEPHANUM BAUCEN sicut non est de comitatu nec par suis.

Et dictus comes GLOUC' dicit quod idem STEPHANUS BAUCEN homo suus est et miles de familia sua et posuit se super judicium comitatus si debeat ei respondere vel non et comitatus adjudicat quod idem RICARDUS SYWARD dicto STEPHANO BAUCEN debet respondere.

Interim venit WILLIELMUS de CANTILUP et alii milites cum eo petentes respectum super hoc de dicto comite usque ad proximum comitatum sequentem ita scilicet quod loquela esset in eodem statu in quod eodem die fuit si interim per se vel per amicos suos non posset facere pacem de hoc exegit comes plegios. Et RICARDUS SYWARD non potuit invenire plegios et quia non potuit plegios invenire dictus RICHARDUS SYWARD tradidit domino comiti castrum suum de TALAVAN et totam terram suam de GLAMORGAN cum pertinentibus in plegiam et in obsidem veniendi ad proximum comitatum ad respondendum super predictis articulis et multis aliis super quibus dictus comes vellet loqui versus ipsum.

- COMITATUS DE GLAMORGAN APUD STALEN' DIE DOMINICA PROXIMA ANTE FESTUM BEATI.........ANNO EODEM. Ibidem venit RICARDUS de CLARE comes G. et H. et STEPHANUS BAUCEN et THOMAS de BELLO-CAMPO in pleno comitatu profert se versus dominum RICARDUM SYWARD et exegerunt recordum et judicium de appellacione facta versus RICARDUM SYWARD. Dictus RICARDUS SYWARD fuit ter vocatus non venit nec apparuit, recordo facto, datus est dies dicto comiti et dicto STEPHANO BAUCEN et dicto THOMAS de BELLO-CAMPO ad proximum comitatum et positus fuit dictus R. SYWARD in prima demanda secundum legem et consuetudinem patrie. Et terra sua capta fuit in manus comitis per consideracionem comitatus et quod idem R. SYWARD nichilominus sit vocatus et demandatus; dictus RICARDUS de CLARE

comes GLOU' facit THOMAM de SULLY attornatum suum ad prosequendam appellacionem suam versus dictum RICARDUM SYWARD et ita potuit facere secundum consuetudinem patrie.

COMITATUS DE GLAMORGAN APUD STALIN' DIE LUNE PROXIMO ANTE FESTUM NATIVITATIS B. M. ANNO EODEM. THOMAS de SULLY attornatus comitis et S. BAUCEN et THOMAS de BELLO-CAMPO comparuerunt et proferunt se versus dictum RICARDUM SYWARD et petierunt recordum et judicium de appellacione prius facta super dictum R. S. de felonia et seductione per dictum STEPHANUM BAWCEN et dictum THOMAM de B.—C. Predictus R. SYWARD fuit ter vocatus sicut ille qui appellatus fuit de felonia et seductione comitis et non venit et quod non ventus fuit primum recordatum in pleno comitatu et dies datur dictis THOME de SULLY attornato comitis et S. BAUCEN et THOME de B.—C. ad proximum comitatum sequentem et quia RICARDUS SYWARD non venit positus fuit in tertia demanda secundum leges et consuetudines patrie.

COMITATUS DE GLAMORGAN. APUD SANCTUM NICHOLAUM DIE LUNE PROXIMO POST FESTUM SIMONIS ET JUDE ANNO R. R. 30. [30 Oct's, 1245.]

"THOMAS de SULLY attornatus comitis et STEPHANUS BAWCEN et T. de BELLO-CAMPO comparuerunt et proferunt se versus dictum R. SYWARD et petierunt recordum et judicium jam quarto de appellacione comitis dictus R. SYWARD fuit ter vocatus sicut ille qui appellatus fuit de felonia et seductione comitis et non venit primo comitatu nec secundo nec tertio nec quarto nec aliquis qui ipsum manucaperet unde recordum de comite in comitatu factum adjudicavit comitatus dictum R. SYWARD esse wayviatum de comitatu et vocatum Wolvesheved et fuit in quarta demanda wayviatus et hoc secundum consuetudinem et usagium patrie de GLAMORGAN. Et ad predictum diem quo milites venerunt et testificabant recordum venit predictus RICARDUS et obtulit se versus predictum R. de CLARE comitem GLOUC' et ipse non venit etc. Unde precatus fuit vicecomes de GLAMORGAN distringere

eum etc ita quod haberet corpus ejus etc auditurus recordum et judicium supra predictis. Et idem dies datur predicto RICARDO SYWARD ad quem diem venerunt partes et coram eis lectum fuit predictum recordum et quesitum fuit de.........recordum tale fuit et si voluerunt habere predictum recordum pro bono vel aliquid dicere contra recordum illud etc. Et R. SYWARD venit et dicit quod recordum illud in parte bonum est et in parte falsum eo quod predicta curia omisit dicere pro se bonum suum et dixit suum pejus unde petit quod per justiciam et per consuetudinem regni possit predictum recordum emendari in hiis in quibus rebus predicta curia oblita fuit dicere suum melius. Et dicit quod quando predictus comes eum appellavit de predicta felonia et seductione quod per eum fieri debuit, quod absit, sicut predictum est, dictus RICARDUS petit eaque contenta sunt in dicto recordo respondit quod deest idem comes qui eum appellavit de felonia et ipsemet presens fuit sanus de corpore suo et de membris suis et sine mahemio et satis etatis quod ipse potuit per corpus suum hoc probare et illud obtulit probare per alium vel per alios non videbatur ei quo debeat ad talem appellacionem respondere unum petit judicium. Item desicut idem comes appellavit eum de felonia predicta ubi periculum faciet vite et membrorum si inde convictus esset et cum felonia illa adjunxit damna catallorum et illam feloniam ad precium mille librarum apposuit unde per unam et eandem appellacionem vitam et membra sua petiit et pecuniam predictam similiter que simul stare non possunt ad aliquem appellandum petiit judicium si debeat hoc appellationi respondere. Item desicut idem comes appellavit in curia propria et ipse de curia illa fuit dominus et quasi rex et justiciarius et ipsemet in eadem curia inculpavit de pace sua propria et de felonia ei facta in pace sua et non tetigit pacem domini Regis desicut ambo homines sui et in terra domini Regis qui justiciam tenere debuit et potuit de utroque et cujus vita et membra erant et nullius alterius petiit judicium si debuit ei tali appellationi ibidem respondere. Item desicut

idem comes appellavit eum de seductione eidem comiti facta et de pace sua et ipse comes nec aliquis alius in regno possit tale appellum habere nisi corpus Regis. Petiit judicium si debuit tali appello respondere. Item desicut idem comes appellavit eum de predictis felonia et traditione que ei fieri deberent et de consilio suo discooperto et de consensu facto inimicis suis et hoc paratus fuit probare per predictos STEPHANUM et THOMAM nec ipse dicebatur in appello suo nec ipse de auditu et visu nec quando nec quo die nec qua hora nec ubi nec per quem nec de quibus rebus consilium illud discooperuisse debuit nec consensum illum fecisse non videbatur ei quod debuit tali appello respondere. Unde in predictis quinque articulis quos in responsione sua in curia predicta proposuit ut melius suum et quod melius dicta curia obviata fuit ad recordandum dictus RICARDUS emendat recordum illud. Et quod ita sit per unum audientem et unum intelligentem scilicet ROGERUM de Sto PHILIBERTO et MAURICIUM le GRAY paratus est verificare quos presentes sunt et statim simul cum predicto RICARDO super sacrosancta hoc juraverunt et dicit quod ubi predicta curia recordatur quod dictus RICARDUS SYWARD predicto comiti manerium suum de LANBLITHAN et omnes terras suas et castrum suum ibi male recordatur quia predictus R. SYWARD nihil tradidit eidem comiti nisi solum corpus castri sui salvis eidem RICARDO omnibus aliis sicut patet in scripto sigillo ipsius comitis signato quod profert et quod hoc testatur.

Item predictus R. SYWARD dicit quod contra predictum recordum et judicium et quod dicta curia injuste processit ad faciendum tale judicium secundum recordum predictum et quod in eadem curia falsum factum est ei judicium quia tam predictus comes personaliter appellavit eum de predicta felonia et hoc paratus fuit probare per predictos S. et THOMAM et idem comes primo secutus fuit appellum suum in propria persona et postea secutus fuit idem appellum per attornatum suum ad secundum tertium et quartum comitatum sicut curia predicta recordatur et quod per sectam

predicti attornati exigerunt predictum R. SYWARD unde petit judicium et quod sibi allocetur modus predicte secte. Item cum dominus Rex demandasset eidem comiti quod predictus RICARDUS pacem haberet de omnibus contentionibus in curia ispius comitis motis usque in crastino animarum [3 Nov's] eo quod idem RICARDUS SIWARD fuit in servicio suo apud GANNOCK.

["Residuum deest in hoc recordo."]

CXXVI.

DE MUTATIONE AQUE DE NETH.

[HARL: CHART: 75. C. 42.] 10 MAII 1249.

Universis Christi fidelibus RICARDUS Pincerna ADAM WALENSIS Thomas de NERBERT WILLIELMUS FLANDRENSIS ROGERUS de REGNI ROBERTUS de CANTELUPO JOHEL filius WILLIELMI WALTERUS LUVEL ELYAS BASSETH HENRICUS de GLOUCESTRIA RICARDUS de GATESDEN HENRICUS de NERBERT PETRUS filius ROGERI DAVID CROC CRADOC ab MEUROC EVER VAHAN HOEL DU de LANDMODOCH GRIFIT ab REIS CRADOC ab MADOC BARTH COH SEREVAD ab KEDMOR MORICIUS de PONTE salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos in comitatu de GLAMORGAN die Lune proximo ante Ascensionem anno regni Regis HENRICI xxxiiitio jurati diximus de assisa arrainata inter Abbatem et Conventum de NETH et LEYSANUM ab MORGAN de terra de ENESGAUCHI recognoscentes quod eadem terra consueverat teneri de CRADOC ap JUSTIN et de suis heredibus debet teneri de recto. Unde dicti Abbas et Conventus in misericordia. Item diximus quod aqua que vocatur NETH in veteri suo cursu debet currere et quod ceperat novum cursum. Et inde dictus LEYSANUS recuperavit seisinam. Et est descensus ejusdem aque ad redecambum descendendo quousque eodem aque

postea gesserant simul. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Valete.

CXXVII.

CONCESSIO OWENI FIL: ALAYTH AD ECCLES: DE MARGAN.

[HARL: CHART: 75, B. 4.] CIRCA 1249.

Sciant presentes et futuri quod ego OWENUS filius Alayth consilio et consensu heredum meorum necnon et aliorum amicorum meorum dedi et concessi Deo et ecclesie BEATE MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totum carbonem lapideum totius terre mee et hominum meorum ubicunque inventus fuerit cum libero ingressu et egressu tam cum bigis et quadrigis quam aliis vecturis prout eisdem commodius visum fuerit. Tenendum et habendum de me et heredibus meis libere et quiete bene et pacifice sine omni calumpnia vel exaccione seu demanda. Pro hac autem donacione mea dederunt mihi predicti monachi pre manibus dimidiam marcam. Reddendo annuatim mihi et heredibus meis in vigilia Natalis Domini dimidium crano cumfrumenti quamdiu dicto carbone predictis monachis uti placuerit. Quicquid vero dampni incurrerim vel perdiderim de terra arabili per fossionem dicti carbonis predicti monachi mihi restituent per visum bonorum et legalium virorum. Hanc autem donacionem meam ego et heredes mei contra omnes mortales warantizabimus inperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto dominus meus Leysanus una cum sigillo meo sigillum suum apposuit. Hiis testibus, LEYSANO filio MORGANI. MORGANO et CRADOCO fratribus ejusdem. ENEA et MAURICIO clericis de AVENE RESO et CRADOCO filiis ABAYTH' JORVERTH ab ESP' IVOR HYR SUVATH ab DAVID et multis aliis.

CXXVIII.

CONCESSIO WILL: DE REGNY JOHANNÆ LA BOTILLERE.

[HARL: CHART: 55 B. 42.] CIRCA 1250—60.

Notum sit omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit quod WILLELMUS de REGNY dedit concessit et hoc præsenti scripto confirmavit JOHANNÆ la BOTILLERE pro servicio suo totum manerium de BAGGEBERE cum advocacione ecclesiæ predicti manerii homagiis fidelitatibus villanis cum eorum sequelis et catallis redditibus serviciis sectis curiarum releviis auxiliis guardis maritagiis escaetis et omnimodis rebus et pertinenciis. Tenendum et habendum predictæ JOHANNÆ et heredibus suis de carne sua legitime procreatis de predicto WILLELMO et heredibus suis libere quiete integre bene et in pace in perpetuum. In viis in semitis in pratis et pasturis in moris et mariscis in boscis in aquis in piscariis in malariis et in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus. Reddendo inde annuatim dicto WILLELMO quam diu vixerit triginta libras sterlingorum ad duos anni terminos videlicet ad festum Sti MICHAELIS quindecim libras [et] ad Pascha proxime sequens quindecim libras. Et post decessum dicti WILLELMI heredibus suis annuatim unum denarium ad PASCHA pro omnibus serviciis secularibus sectis curiarum querelis auxiliis consuetudinibus et demandis salvis serviciis capitalibus dominis de eodem feodo inde debitis et consuetis. Et si contingat quod predicta JOHANNA facta decesserit sine herede de carne sua legitime procreata concessit vero dictus WILLELMUS quod predictum manerium cum pertinenciis suis ut predictum est integre remaneat JOHANNÆ filie dicte JOHANNÆ et heredibus suis vel suis assignatis per predicta servicia in perpetuum. Dictus vero WILLELMUS de REGNY et heredes sui hanc donationem concessionem et presentis scripti confirmationem dictis JOHANNÆ la BOTILLERE vel JOHANNÆ filiæ suæ et eorum heredibus et assignatis ut supradictum est facto servicio contra omnes mortales warantizabimus defendemus et acquietabimus in perpetuum. In cujus rei testimonium predicti WILLELMUS de REGNY et JOHANNA la BOTILLERE

presenti scripto ad modum cyrographium facto sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus domino RICHARDO de WYLECECESTER domino WARINO de la RALEGHE domino JOHANNE filio GALFRIDI militibus RICHARDO filio BERNARD ROBERTO FICHET de SPASTON HENRICO de FITINTON ROBERTO de BLAKEMORE et multis aliis.

CXXIX.

CONVENTIO INTER ABBATEM DE NETH ET W: DE BARRI.

[FRANCIS MSS.] CIRCA 1250.

Hec est conventio facta inter abbatem et conventum de NETH ex una parte et WILLIELMUM de BARRI militem de GLAMORGAN ex altera parte, videlicet quod idem WILLIELMUS de BARRI dedit et concessit et inperpetuum quietum clamavit totum feodum suum de VILLA WALTERI in terra de GOHER cum omnibus pertinenciis suis excepta advocacione ecclesie predicti feodi de VILLA WALTERI quam sibi et heredibus suis retinuit dicto abbati et conventui de NETH pro sexaginta octo acris terre arabilis et virgata terre et dimidia virgata terre in feodo de HORNBLAUTONE cum pratis et pascuis adjacentibus et omnibus libertatibus ad eas pertinentibus. Ita quod dictus abbas et conventus de NETH annuatim persolvent dicto WILLIELMO de BARRI et heredibus suis unam marcam argenti apud grangiam de HESSE dimidiam scilicet marcam ad le HOCKEDAI et dimidiam marcam ad festum Sti MICHAELIS pro omni servicio consuetudine et demanda ad ipsum vel ad heredes suos racione predicti feodi de VILLA WALTERI pertinente. Et domino de PORTHEINON facient servicium feodi unius militis annuatim inperpetuum, excepto quod successores dicti WILLIELMI de homagio et relevio predicto domino de PORTHEINON respondebunt. Dictus vero WILLIELMUS et heredes ejus vel assignati ejus redditus quos predictus abbas et conventus de NETH annuatim reddere solebant pro dictis terris de HORNBLAUTONE

annuatim solveant. Scilicet Willielmo de Kene sex solidos pro virgata terre del Oke. Et Johanni de Stane duos solidos pro dimidia virgata terre que fuit Petri filii sacerdotis. Et Ricardo Poleyn duo paria cirothecarum salvo regali servicio quantum pertinet ad tantum terre. Insuper idem Willielmus et heredes ejus vel assignati illius habebunt tres solidos reditus Ade de Katicote et homagium et servicium ad terram ipsius pertinens. Et facient sectas Hundredorum quas predictus abbas et conventus facere debuerunt. Et de placitis et querelis emergentibus respondebunt. Si vero calumpnia exheredacionis super predictis terris de Hornblautone et de Villa Walteri aliquo tempore mota fuerit unde dicti Willielmus et heredes ejus sive assignati ejus sive predictus abbas et conventus de Neth jacturam terre incurrant tam dictus Willielmus quam dictus abbas et conventus de Neth terras predictas cum pertinenciis suis inperpetuum sibi invicem warantizare debent contra omnes homines et feminas secundum consuetudinem regni. Et ut hec convencio inperpetuum stabilis et inconcussa permaneat eandem dictus abbas de Neth et dictus Willielmus de Barri presentis scripti serie et sigillorum suorum impressione confirmaverunt. Hiis testibus Reymundo de Sulia Willielmo de Reigni Roberto de Sumeri Thoma de Barri Henrico de Vilers David escurlac Roberto de la Mare et Petro fratre ejus Ricardo de Barri et aliis.

[Sigillis duobus amissis.]

CXXX.

CARTA ROB: ET ALIZ: DE BONEVILLA ECCLES: DE MARGAN.

[Harl: Chart: 75 b. 19.] circa 1250.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Bonavilla consilio et assensu Aliz. uxoris mee et illorum amicorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum

et successorum meorum Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam totum feodum meum de BONEVILEST' cum omnibus pertinenciis suis; habendum et tenendum de me et heredibus meis reddendo inde annuatim michi et heredibus meis tres marcas sterlingorum ad nativitatem beati JOHANNIS BAPTISTE pro omni servitio consuetudine et exactione seculari excepto servicio dimidii militis unde predicti monachi respondebunt dominis de WUNFAL de predicto feodo. Relevium vero de eadem terra quandocunque evenerit faciet heres ille qui homagium faciet de dicta firma vel unde voluerit. Ita quod monachi super hoc non vexabuntur. Hanc donationem feci predictis monachis ut habeant et teneant dictum feodum de me et heredibus meis libere et quiete et pacifice cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis molendinis et piscariis et omnibus rebus et aisiamentis sicut ulla elemosina liberius haberi potest vel teneri excepta dicta firma et dicto servicio. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis dictam donationem contra omnes homines et omnes feminas in perpetuum. Hiis testibus PETRO PINCERNA tunc vicecomite de GLAMORGAN' REIMUNDO de SULLIA MAURICIO tunc archidiacono LANDAVIE RESO et GRIFFINO fratribus ejus Magistro RADULPHO MAILOC WILLIELMO de REIGNI GAUFRIDO de BONAVILLA JOHANNE CROFT WALTERO FLANDRENSE DUNSTANO et WALTERO de HAVERFORD monachis de MARGAN' ROBERTO de LANDMEUTHIN' et ESPUS conversis de MARGAN' et multis aliis.

CXXXI.

CARTA WILLELMI DE LONDON.

[DUCHY OF LANC: REGISTER NO 18. FOL: 136, DORSO.] CIRCA 1250.

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris WILLELMUS de LONDON' salutem. Sciatis me concilio et assensu matris mee et fratris mei THOMAS

de London' et aliorum amicorum meorum concessisse et dedisse et hac presenti carta mea confirmavisse Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus pro salute mea et antecessorum et successorum meorum in perpetuam elemosinam quicquid continetur inter has duas aquas Uggemore et Garewe in bosco et plano ab eo loco ubi Garewe cadit in Uggemore quantum terra mea durat versus Botheni, ut habeant et teneant eam ad feodi firmam reddendo mihi et heredibus meis annuatim tres marcas scilicet viginti solidos ad festum Sancti Michaelis et viginti solidos ad Pascham, pro omni servicio, consuetudine, et exaccione. Et sciendum quod forestarius meus custodiatum nemoris habebit cum consilio abbatis de Margan ita quod ego inde capiam quantum opus habuero ad proprios usus meos et hominum meorum; et monachi inde capient quantum opus habuerint ad usus proprios sine nemoris destruccione. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis hanc elemosinam contra omnes homines in perpetuam. Testibus Thoma de London' Petro Pincerna Rad' de Cantelo Walthero Gumdi [Sulli?] Oweno le Norreys Pagano de Turbervilla Gilberto de Turbervilla Willelmo de Cantelo Osberno clerico Roberto clerico.

CXXXII.

CONFIRMATIO CAPITULI GENERALIS.

[Harl: Chart: 75 A. 6] 1253.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris. Frater B. dictus abbas Cisterciensis totusque conventus abbatium capituli generalis rei geste noticiam cum salute, universitati vestre presentibus innotescat quod nos sententiam a venerabilibus coabbatibus nostris de Bildewas de Bruera et de Kyngeswode judicibus a capitulo generali constitutis in causa que vertebatur inter abbatiam de Margan ex una parte et abbatiam de Kerlyon ex altera rite ac judicialiter latam prout inferius continetur partibus

presentibus ac consentientibus auctoritate dicti capituli diximus roborandam. Omnibus sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris vel audituris de BILDEWAS de BRUERE de KYNGESWODE abbatibus salutem in domino sempiternam. Quum quecumque a mortalibus geruntur nisi ad posteriorum memoriam litterarium diligentia scripto commendentur ceca oblivione perire dinoscuntur universis presentibus et futuris que per nos auctoritate capituli generalis inter domos de MARGAN et KERLYON sentencialiter terminata sunt presenti scripto propalare decrevimus. Cum enim ad peticionem abbatis de MARGAN dati fuissimus judices a capitulo generali super communem pasturam de HYRWEN WORGAN, unde nobis liquido constabat per retroacta alias hinc motam fuisse questionem et eandem amicabili concordia per compositionem inter partes factam fuisse sopitam; sed eam postea ex parte dictorum abbatis et conventus de KERLYON minus integre observatam. Nos convocatis rite partibus in ecclesia cathedrali WYGORNIE anno domini m°cc°l° tercio, feria secunda post clausum Pasche prepositis utrinque proponendis testibus admissis et attestacionibus publicatis cartis et scriptis inter partes confectis, lectis, et sane intellectis assidentibus nobiscum venerabilibus patribus de DORA et de TINTERNA abbatibus necnon et aliis discretis nostri ordinis personis dictam controversiam auctoritate capituli generalis qua fungebamur in hac parte per sententiam diffinitam cum nullatenus licet per nos plurimum esset elaboratum amicabilem posset finem sortiri hoc modo terminavimus. Primo scilicet irrefragibiliter censuimus compositionem inter dictas domos anno domini m°cc°iij° de dicta pastura et possessionibus aliis factam perpetuis fore temporibus inviolabiliter observandam. Secundo quod abbas et conventus de MARGAN dicta pastura de HYRWEN WORGAN omnibus anni temporibus die nocteque ubique libere et pacifice cum omni genere animalium utantur. Et ut litis in posterum tollatur occasio, dicte communi terminos per has divisas facta pejus inde diligenti inquisicionem per viros religiosos et fide dignos duximus......clarare videlicet a magna pola ubi

WRELECH oritur per aquam de WRELECH tendendo usque in fluvium de NETH versus septentrionem, et per fluvium de NETH tendendo versus orientem usque ad REDEVAYN et a RE......usque ad fines BRECONIE et inde versus austrum tendendo usque ad rivulum CANAN et per rivulum CANAN usque ad ABERDAR et ab ABERDAR directe versus occidentem usque ad PUTHLADAR et a PUTHLADAR usque ad cilium montis, et per cilium montis directe tendendo versus occidentem usque ad predictam magnam polam. Qui quid infra hos terminos continetur dictis abbati et conventui de MARGAN in communem pasturam adjudicavimus exceptis mansioni et bosco de BOLCHOYTH et centum acris eidem mansioni contiguis in loco dumtaxat abbati et conventui de MARGAN minus nocenti, et unica cum domo apud ESTUNWRELETH in qua nullus maneat religiosus nec aliqua ibi excepta tantum trium acrarum quantitate, circa eandem domum fiat clausura. Tertio quod sepes fossata clausure et alia quelibet edificia per ipsos de KERLYON constructa preter prenominata penitus amoveantur. Quarto et ultimo quod si aliquis monachus vel conversus dictorum domorum contra hanc sentenciam venire presumpserit sine omni excusacione et dilacione auctoritate ordinis a domo propria penitus emittatur: non reversurus nisi de licentia capituli generalis. Et ut hec sentencia diffinitiva firmitatis robur optineat imperpetuum nos eam in scripto redactam sigillorum nostrorum impressione roboravimus. Antedictis vero judicibus committit iterato capitulum generale eisdem firmiter injungendo ut sicut in dicta causa super principali laudabiliter processerunt: ita super accessoriis videlicet super expensis factis et dampnis illatis domui de MARGAN ejusdem auctoritatis capituli juris ordine observato procedant prout fuerit procedendum facientes quod decretaverint per censuram ordinis irrefragibiliter observari. Quod si omnes hiis exequendis interesse non poterunt: duo ea nichilominus fideliter exequantur. Datum Cist' anno domini m°cc°l°iij° tempore capituli generalis.

CXXXIII.

CONVENTIO INTER MARGAN ET W: FRANKELEIN.

[HARL: CHART: 75 A 38.] 1258.

Hec est conventio facta inter abbatem et conventum de MARGAN ex una parte recipientem et WILLIELMUM FRANKELEIN tradentem ex altera videlicet quod dictus WILLIELMUS dictis abbati et conventui invadiavit unam acram terre sue cum pertinenciis tenendam et habendam a festo Sancti MARCHI evangeliste anno domini MCC quinquagesimo octavo usque ad finem triginta annorum continue subsequentium pro una marca argenti sibi ab eisdem premanibus pacata que scilicet jacet inter has divisas et se extendit in longum versus GOYLAKE ex parte australi et ex parte boreali versus LA SCHILUE et in latum jacet inter terram HENRICI VACHAN ipsam vicinam habens ex parte occidentali ex parte vero orientali terram dicti abbatis et conventus. Et sciendum quod si dictus WILLIELMUS vel heredes sui dictam acram post dictum terminum acquietare voluerunt: dictam marcam cum custo melioracionis ejusdem terre dictis abbati et conventui restituerent. Singulis tamen annis per terminum prefatum de dicta marca nomine redditus duo denarii remittantur. Et dictus WILLIELMUS vel heredes sui dictam acram cum pertinenciis dictis abbati et conventui per totum dicti temporis spacium contra omnes mortales warantizabunt. Hanc vero convencionem sine dolo ex utraque parte tenendam fidei caucione prestita et sigillorum suorum impressionibus presens scriptum in modum cyrographi confectum et inter se divisum alternatim munierunt. Hiis testibus THOMA GRAMMUS PHILIPPO de CORNELI MAURICIO GRAMMUS THOMA RUSSEL WALTERO HEREBERT et aliis.

CXXXIV.

MEMORANDUM CONCORDIE INTER MARGAN ET KARLYUN.

[HARL: CHART: 75 A. 37.] 1256.

Memorandum quod anno domini m°cc°l° sexto in octabis Sancti LAUR-

ENCII martyris apud CHRISTI ecclesiam facta est hec finalis concordia et amicabilis composicio inter abbatem et conventum de MARGAN ex parte una et abbatem et conventum de KARLYUN ex altera super quadam controversia inter ipsos exorta de assignacione et limitacione centum acrarum terre eisdem abbati et conventui de KARLYUN per tenorem sentencie diffinitive per venerabiles de BYLDEWAS de BRUERIA et de KYNGESWODE abbates auctoritate capituli generalis inter partes judiciales in contiguo loco mansionis sue de BOLGOYTH in pastura de HYRWEN WURGAN concessarum: videlicet quod cum eas secundum quod oportuit ibidem habere non possent memorati abbas et conventus de MARGAN pro bono pacis et litis in posterum occasione tollenda pro dictarum centum acrarum recompensacione viginti acras terre in contiguo loco de REDVAYN dictis abbati et conventui de KERLYUN in quoscumque suos usus proprios eas convertere voluerint una cum dictis mansione sua et bosco de BOLGOYTH et unica domo cum trium acrarum clausura tantum apud ESTYMWERELEH nullo ibidem religioso manenti in futuro perpetuis temporibus libere possidendas concesserunt. Quas quidem viginti acras fossandi, claudendi, necnon domos per vim sentencie prefate dirutas reerigendi secundum quod eas prius habuerunt ibidem si voluerint: plenam in posterum habeant facultatem, tenore ejusdem sentencie seu compositionum inter partes confectarum non obstante aliqua tenens in hac parte. Ita tamen quod abbas et conventus de MARGAN toto residuo dicte communis pasture de HYRWEN WURGAN omni tempore anni in perpetuum die nocteque ubique libere et pacifice cum omni genere animalium utantur infra has divisas subscriptas: videlicet a magna pola ubi WERELET oritur tendendo usque in fluvium de NETH versus septentrionem et per fluvium de NETH tendendo versus orientem usque ad REDEVAYN usque ad fines BRECHON et inde versus austrum tendendo usque ad rivulum CANAN et per rivulum CANAN usque ad ABERDAR et ab ABERDAR directe versus occidentem usque ad PULTHADAR et a PULTHADAR usque ad cilium montis directe tendendo

versus occidentem usque ad predictam magnam polam. Ceteris omnibus fossatis clausuris et edificiis in dicta pastura factis vel constructis per ipsos de KARLYUN penitus amovendis nec aliquibus aliis preter prenominata ibidem per eosdem imposterum construendis. Hoc nichilominus supra dictis adjecto quod si quis monachus vel conversus dictarum domorum contra hanc, quod absit, finalem concordiam et compositionem amicabilem aliquo modo venire presumpserit omni occasione excusacione et dilacione postpositis a domo propria penitus emittatur non reversurus nisi de licencia capituli generalis. Tenore nichilominus dicte sentencie et compositionum inter dictas domos jam dudum confectarum in ceteris omnibus preterquam in premissis in suo robore inviolabiliter persistente inperpetuum. Et ut hec finalis concordia et composicio amicabilis firmitatis robur optineat imperpetuum dictarum domorum abbates una cum venerabilibus de HELEYA. de TYNTERNA, de NETH de ALBA DOMO et de STRATA FLORIDA abbatibus presens scriptum sigillorum suorum inpressionibus duxerunt roborandum.

CXXXV.

CONCESSIO W: DE BONAVILLA ECCLES: DE MARGAN.

[HARL: CHART: 75 B. 17.] CIRCA 1260

Omnibus sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit WILLIELMUS de BONAVILLA filius JOHANNIS de BONAVILLA salutem. Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam xl. acras terre arabilis quas de templariis tempore patris mei tenuerunt reddendo illis annuatim pro omni servicio consuetudine et exactione xl. denarios. Has xl. acras si ego de Templariis dirationare potero concessi et confirmavi predictis monachis imperpetuum tenendas et habendas de me et heredibus meis libere qniete et pacifice et plenarie sicut antea de Templariis tenuerunt scilicet reddendo mihi et heredibus meis annuatim pro

omni servicio xl. denarios. Hiis testibus, HERBERTO de Sancto QUINTINO WILLIELMO de LONDON WALTERO de SULIA RICARDO FLAMANG WILLIELMO de CANTELO RICARDO sacerdote de BONAVILLA Magistro RADULFO MAILOC JOHANNE TORSI et multis aliis.

CXXXVI.

EXTENTA COMITATUS DE GLAMORGAN. 1262?

[TREAS: OF THE EXCHEQUER. WALLIA. BAG I. NUM: 15.]

Extenta comitatus de GLAMMORGAN facta per sacramentum ROBERTI de SUMERI, WILLIELMI le FLEMMENG, JOHANNIS le NORREIS, HENRICI ODIN, WILLIELMI JUEL [IVEL], WILLIELMI de BARRI, IVEL filii ROBERTI, SIMONIS de BONEVILE, ADAMI WALENSIS, ELIE BASSET, PHILIPPI de NERERERD, et PHILIPPI le SOOR. Qui jurati dicunt quod redditus liberorum tenencium comitatus ....ld. Et de wardis feodorum militum XII li,,V s. Et de placitis et perquisitis comitatus per estimacionem XXX lib'.

Summa ...li,,VIII s,,II d.

FEODA MILITUM.

[ROBERTUS] de]So]MER[I] tenet II feoda et dimid ...... DINAS POWIS et per estimacionem valent LX li.

JOHANNES de COGAN tenet II feoda in COGAN et valent X li.

Heres GILBERTI de COSTANTIN I feodum in COSTANTINESTUN valet X li.

WALTERUS de SULYE IIII feoda scilicet II feoda in SULYE cum pertinenciis valent XX li et II feoda in WENVO valent X li.

WALTERUS de GLOUCESTRIA dimidiam feodi in WRENCHESTUN valet C solidos.

WILLIELMUS le SOOR I feodum in Sancto FAGANO valet X li.

WILLIELMUS CORBET tenet III feoda in capite in Sto NICHOLAS et tenentur de eodem in feodum.

GILBERTUS UMFRAVILE IIII feoda in PENMARC cum pertinenciis et valent LX li.

WILLIELMUS de KAYRDUF dimidiam feodi in LANIRID valet X li.

PHILIPPUS de NERBERD ...... IIII feoda in ABBERTHAWE cum pertinenciis valent xvli.

ADAM WALENSIS j feodum in LANDOCHHE valet x li.

JOHANNES le N[ORREIS] ...... PENTHLIN valent xv li.

WILLIELMUS de WINCESTRE j feodum in LANDAU valet xv li.

In LANMAIS j feodnm de quo WALTERUS de SULIE tenet II partes valent x li et heres GILBERTI de COSTANTIN tertiam partem valet C solidos.

THOMAS de HAWEYE j feodum in Sto DONATO et valet x li. In MARCROS •j feodum quod heres RICARDI le BUTILER tenere debet valet x li.

HAWISIA de LONDINO IIII feoda in UGGEMOR valent XL li.

DANIEL SIWARD in feodum in MERTHUR MAUR valet xv li.

ADAM de PIRETONE quartam partem in NOVA VILLA valet xv li.

Abbas de MORGAN j feodum in LANGEWY.

GILBERTUS TURBERVILLE tenet Honorem de COYTIIF cum pertinenciis per serjanciam venatus valet LX li.

ELIAS BASSET tenet dimidiam feodi in Sto HYLLARIO et valet x li.

PHILIPPUS de NERBERD quartam partem in LANCOVIAN valet LX solidos.

NOVITER FEOFATI.

FULCO de SANTFORD tenet quartam partem in LECWITH et valet xv li.

HENRICUS de SULYE quartam in PENTIRECH que ante tempus pacis valet XL s.

WILLIELMVS SCURLAG tenet quartam in LANHARY valet XL s.

GILBERTUS TURBERVILLE tenet decimam partem in NOVO CASTRO valet x li.

ROGERUS de CLIFFORD dimidiam feodi in KENEFEIS valet xxx li.

WILLIELMUS MAYLOC dimidiam feodi in CAPELLA valet XX s.

MORGANUS VOCHAN tenet dimidiam cummod in BAGELAN per Walescariam et non facit aliquod servicium nisi heriettum videlicet equum et arma cum moriatur.

Duo filii MORGANI ab CADEWALTHAN tenent dimidiam cummod in GLINROTHENI et non faciunt aliquod servicium nisi ut supra.

Griffid ab Rees tenet ii cummod' in Seinghenit, et Morehdiht ab griffid tenet j cummod in Machhein ut supra dicti.

Robertus de Sumeri. | Willielmus le Flemmenc.
Johannes le Norreis. | Henricus Odin.
Willielmus Juel [Ivel]. | Willielmus de Barri.
Ivel filius Roberti. | Simon de Bonevile.
[Nomen amissum.] | Elias Basset.
Philippus de Nerebere. | Philippus le Soor.

[Dorso. "Comitatus de glamorgan."]

CXXXVII.

CARTA R: COM: GLOUCESTRIE, NICHOLAO DE SANFORD.

[Treas: of the Exchequer. Wallia. Bag 2, No. 10.] 1242—62.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus de Clare comes Gloucestrie et Hertfordie dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Nicholao de Sanford pro homagio et servicio suo totum manerium meum de Lecquid in Glamorgan cum pertinenciis suis. Habendum et tenendum eidem Nicholao et heredibus suis vel assignatis exceptis Judeis et viris religiosis de me Ricardo et heredibus meis libere et quiete bene et in pace integre et hereditarie in boscis et planis in pratis et pasturis in terris et aquis in viis et semitis in homagiis et redditibus in vilenagiis et serviciis in escaetis releviis et wardis in piscariis et stagnis in molendinis et omnibus aliis pertinenciis suis et libertatibus. Sicut ego illud manerium cum omnibus pertinenciis eidem pertinentibus melius et liberius per rectas diversas aliquo tempore tenui. Faciendo inde annuatim dictus Nicholaus et heredes sui vel assignati exceptis Judeis et viris religiosis michi Ricardo et heredibus meis servicium quarte partis feodi unius militis pro omni servicio et exactione et secta curie et Comitatus et omni moda consuetudines tolney vel alterius rei. Dedi et concessi eidem Nicholao et heredibus suis

vel assignatis heybote et husbote in omnibus forestis meis de MEYSKIN per visum forestiorum meorum. Et ego RICARDUS de CLARE et heredes mei dictum manerium de LECQUID cum omnibus pertinenciis suis ut predictum est eidem NICHOLAO et heredibus suis vel assignatis exceptis Judeis et viris religiosis contra omnes gentes in perpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio et presente carte mee confirmacio robur perpetue firmitatis optineant cum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino STEPHANO BAUCEN tunc vicecomite GLAMORGAN GALFRIDO de FANECURT WALTERO de SULLIE GILBERTO DUMFRANVILE GILBERTO TURBERVILE WILLELMO de REGNY ADA WALENSE DANIELE SIWARD ROGERO de REYGNI THOMA de SULLIE clerico WILL'MO FLANDRENSE et multis aliis.

CXXXVIII.

EXTENTA DE KAIRDIFF·

[UT SUPRA.] 1262?

Extenta ville de KAIRDIFF facta per sacramentum ROBERTI UPEDYKE STEPHANI BAGEDRIP RICARDI LUDE THOME KENE WILLELMI SELICOK WALTERI CORNUBIENSIS RICARDI CRISPI ROBERTI COLESWEIN RICARDI RUMBOLD HUGONIS FAVOUN ADE MIDEWINTER et SIMONIS FOX. Qui jurati dicunt quod

Redditus burgi est	XL li,,	IIII s,,	VIII d.
Et molendina valent	XLVI ,,	0 ,,	0
Et de prisa cervisie	XIIII ,,	0 ,,	0
Et de piscaria	VIII ,,	0 ,,	0
Et de theloneo mercati	IIII ,,	0 ,,	0
Et de nundinis, quia domus MAGDALENE BRISTOLLIE percepit XX s annuatim de eisdem nundinis per cartam domini comitis		VI s ,,	VIII d

Et de prisa busci et carbonis ...	x „ o
Et de placitis et perquisitis Hundredi et pro licencia cariandi meiremium in ANGLIAM ...	LX „ o
Summa IIII XX XVI li„ o s„ xv d	

[Nomen amissum] STEPHANUS BAGEDRIP RICARDUS LUDE THOMAS KENE [Nomen amissum] WALTERUS CORNUBIENSIS RICARDUS CRISPUS ROBERTUS COLESWEIN RICARDUS RUMBOLD HUGO FAUCUN ADAM MIDWINTER SIMON FOX.

[DORSO "KAYRDIF."]

CXXXIX.

EXTENTA DE LANTRISSEN.

[UT SUPRA.] 1262?.

Extenta de LANTRISSEN per preceptum domini Regis facta per sacramentum HOWEL VOCHAN IVOR ab CACHEROT LEWELIN ab MEURIC YORVERHT ab ADAM YVWAN ab YSSAC YORVERHT ab WRGENEO YORVERHT VOCHAN LEWELIN ab HOWELL GRIFFID GOCH ab LEWELIN PHILIP ab LEWELIN YVWAN ab WIANU et GRIFFID GOCH ab HOWEL. Qui jurati dicunt quod

Redditus burgi est	XIII s „ IIII d.
Et de redditibus liberorum et rusticorum	xli. o „ o
Et de auxilio ad lardarium ...	XV „ o
Et pro molendino de BROSSELEY	III „ IIII
Et dominicum debile continet v carucatas terre valet tempore pacis	L „ o
Et LIII acre more que potest falcari	VIII „ VIII
Et de piscaria	II „ o
Et de I molendino	XX „ o

Et de forestariis	x „ o
Et de servicio rusticorum in Autumpno	xiii „ iiii
Et de pannagio	iiii „ o
Et de redditu plumbi	x „ o
Et de Trewhen et Lanveir ad auxilium ad lardarium	vi „ o
Et de redditu et servicio liberorum et rusticorum captorum de tenementis de Sto Fagano	lxiii „ ix ob
Et de erbagio ibidem	x „ o
Et de terra locata ibidem	xix „ o
Et de redditu Adaaf ab Yvor pro i espuario	ii „ o
Et de placitis et perquisitis curiarum	x „ o „ o
Summa	xxxij li „ x „ vob

Et est ibi advocacio ecclesie de Lantrissen que valet xx marcas et pertinet ad comitem Et advocacio ecclesie de Pentirech que valet iiii marcas Et memorandum quod predictum molendinum tempore pacis solet valere xx marcas Et aliud molendinum quod ibidem similiter solet valere xx marcas combustum est et destructum omnino Et c mansiones sunt ibidem destructum et de gwerra Et memorandum quod filii Morgan Cadewalthan habent glynrotheni.

Howel Vochan [duo nomina amissa] Yorverht ab Adam Yawan ab Issac Yorverht ab Wrgene Yorverht Vochan [nomen amissum] Griffid Goch ab Lewelin Philip ab Lewelin Yvwan ab Wianu Griffid Goch ab Howel.

[Dorso "Extenta de Lantrissen."]

CXL.

EXTENTA DE LANGUNIHT.

[WALLIA, UT SUPRA.] 1262?

Extenta de LANGUNIHT per preceptum domini Regis facta per sacramentum GRIFFINI ab REES WILIM ab YORVERHT HENRICI ab GRIFFID CRADOUC ab YORVERHT LEWELIN ab YVOR TUDER ab REES RES ab ENEIR MEURIC ab REES CRADOUC ab GWITHER MADOUC VOCHAN YORVERHT ab GRONU et HOWEL ab FELIP. Qui dicunt quod

De redditu assise	iiij li	iij s	iiij d ob.
Et de redditu molendini quod est ad feodum	[ij	x	o]
Et de consuetudine ad lardarium		xxj	o
Et sunt ibi xij acre terre que valent		ij	o
Et de placitis et perquisitis curiarum	vij	o	o
Et molendina de KENEFEIC valent	xij	xiij	iiij
Et dominus ROGERUS de CLIFFORD de dono Comitis tenet totum residuum ejusdem ville de KENEFEIC			

Summa xxvii li ix s viij d ob.

Et est ibi advocacio ecclesie LANGUNIHT que pertinet ad Comitem que valet vj marcas. Et sunt ibi iiij xx mansiones destructe per gwerram.

GRIFFID ab REES WILIM ab YORVERHT HENRY ab GRIFFID CRADOUC ab YORVERT LEWELIN ab YVOR TUDER ab REES RES ab ENEIR MEURIC ab REES CRADOUC ab GWITHER MADOUC VOCHAN YORVERHT ab GRONU HOWEL ab FELIP.

[Dorso "Extenta de Languniht."]

CXLI.

EXTENTA DE NEHT.

[WALLIA, UT SUPRA.] 1262?

Extenta de NEHT per preceptum domini Regis facta per sacramentum

HENRICI VOCHAN MADOC ab REES LEWELIN ab HAILON CRADOUC ab WASMEIR CRADOUC ab WRGAN MADANEV ab YORVERHT MAURICII molendinarii GILBERTI CACHEVRENCH REES ab ITHENERHT JOHANNIS le WOGARE PETRI de CORNDUNE ADE HUSE. Qui dicunt quod

De redditu burgensium et cotariorum	cxij s	o d
Et de redditu libere-tenencium forinsecorum	xvj	o
Et de redditu WALENSIUM	xxxij	xj ob.
Et de molendino	xl	o
Et dominicum parvum et debile valet	xiij	x
Et de xiij acris prati...	vj	vj
Et de prisis cervisie	v	o
Et de theloneo...		xij
Et de gurgite et piscaria...	vj	viij
Et de finibus et perquisitis curiarum	xx	o

Summa xij li xiij s xj d ob.

Et est advocacio ecclesie ibidem de NEHT pertinens ad Comitem que valet x marcas. Et molendinum supradictum tempore pacis solet valere ix marcas. Et vij xx et x mansiones ibidem sunt combuste et destructe per gwerram.

HENRICUS VOCHAN MADOC ab REES LEWELIN ab HAYLON CRADOUC ab WASMEIR CRADOUC ab WRGAN MADANEV ab YORVERHT MAURICIUS molendinarius [nomen amissum] REES ab ITHENERHT JOHANNES le WOGARE [duo nomina amissa].

[Dorso "Extenta de Neht."

CXLII.

EXTENTE DE LANILTWIT ET LISWRINI.

[WALLIA UT SUPRA.] 1262?

Extenta facta de manerio de LANILTWIT per preceptum domini Regis per

sacramentum JOHANNIS filii WILLELMI PETRI filii ROGERI JOHELIS filii ROBERTI.........filii JOHANNIS WILLELMI TOSARD RICARDI LACHAM HUGONIS Sygin Sweyn Blancaignel WILLELMI BOYS ELIE BASSET PETRI de VETERI CASTRO et WILLELMI JUEL. Qui jurati dicunt

De redditu libere-tenencium ejusdem manerii ... xj li viij s iiij d quad,

Et de DLXV acris terre arabilis in dominico precium acre vj d Summa...	xiv	ij	vj
Et de xiiij acris prati precium acre xviij d Summa		xxj	o
Et de vij xx et vij acris pasture precium acre iiij d Summa		xlix	o
Et de pastura grave que vocatur COYTLON		x	o
Et de j columbario		v	o
Et de gardino		v	o
Et de mercato cum nundinis		lx	o
Et de molendino	xvij	o	o
Et custumarii ejusdem manerii tenent MMC et xv acras precium reddituum et serviciorum eorundem	lij	xviij	o
Et sunt vj homines in eodem manerio qui debent arare x acras terre domini [et] valet...		iiij	ij
Et sunt ibidem iiij xx cotarii qui ad pastum domini debent metere per j diem ih autumpno et valet		vj	viij
Et iidem cotarii debent colligere xiv acras prati et valet			xiiij
Et predicti custumarii ab pastum domini debent falcare et colligere xviij acras et dimidiam prati domini apud KERDIF... et valet		vj	ix
Et unus faber ejusdem manerii pro terra sua debet facere quinque paria ferramentorum caruce de proprio ferro domini et valet operacio ejus ...		vij	vj

Et de placitis et perquisitis Hundredi ... ... c o

Summa cixli vs jd quad.

Et memorandum quod apud CARTMAYLOC computate in eodem manerio sunt duo carucate terre de quibus tempore pacis solet reddere lxvjs xd ob. per destrucionem gwerre modo nichil inde habetur.

Extenta de LISWRINI per sacramentum predictorum. Qui jurati dicunt quod domina AGNES BAUSSON tenet terciam partem ejusdem ville in dotem.

Et de ij partibus que fuerunt in manu domini Comitis iiijxx et ix acre terre arabilis in dominico precium acre vjd Summa xliiijs vjd

Et de xxij acris prati precium acre ijs summa ... xliiij o

Et custumarii ejusdem ville tenent ccciiijxx et xvj acras et quartam partem unius acre terre precium redditus et serviciorum eorundem ... ... ixli xviij j ob.

Et sunt iiij homines in eadem villa qui pro quadam terra reddunt ... ... iij iiij

Et est unus homo in eadem villa qui reddet j crannocam frumenti et valet... ... ... ij o

Et de ij partibus molendini ... ... xiij iiij

Et de cotariis ... ... iiij o

Et memorandum quod homines ejusdem ville sunt sectatores Hundredi de LANILTWIT

Summa xvli ixs iijd ob.

[Sigilla JOHANNES filius WILLELMI
PETRUS filius ROGERI
IVEL filius ROBERT
[Cetera desunt.]

[Dorso "Extente de Laniltwit et Liswrini."]

CXLIII.

DE LANCARVAN.

[CART: STI PETRI GLOUC: II. 15.] ANTE 1263.

Omnibus CHRISTI fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris JOHANNES Dei gratia abbas et conventus Sti PETRI GLOUCESTRIÆ salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos hoc præsenti scripto concessimus et confirmavimus HEREWALDO filio HABRAHÆ et hæredibus suis terram illam quam habet de dono EMMÆ de COGAN videlicet tres acras et dimidiam terræ arabilis et dimidiam acram prati et unum hortum in feodo nostro de PENNUNE tenendas et habendas prædictas acras cum horto sibi et hæredibus suis libere et quiete absque alicujus contradictione vel calumnia prout in carta quam habet de dicta EMMA plenius continetur. In cujus rei testimonium etc etc.

CXLIV.

CARTA N: DE SANDFORD LAURENCIO FRATRI SUO.

[TREASURY OF THE EXCHEQUER. WALLIA. BAG 2.]

Sciant presentes et futuri quod ego NICHOLAUS de SANDFORD dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino LAURENCIO de SANDFORD fratri meo pro homagio et servicio suo totum manerium meum de LECQUID in GLANMORGANIA cum omnibus pertinenciis ad dictum manerium pertinentibus sine aliquo retinemento quod quidem manerium habui de dono RICARDI de CLARE comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE. Habendum et tenendum eidem LAURENCIO et heredibus suis vel assignatis de predicto domino RICARDO de CLARE comite GLOUCESTRIE et HERTFORDIE et heredibus suis libere quiete bene et in pace integre et hereditarie sicut ego predictum manerium cum omnibus pertinenciis suis melius et liberius aliquo tempore tenui et sicut continetur in carta quam predictus dominus RICARDUS de CLARE comes GLOUC' et HERTF' de dicto manerio michi fecit faciendo ser-

vicium inde debitum predicto LAURENCIO et heredibus suis vel suis assignatis predicto domino RICARDO de ...etc...etc et heredibus suis sicut in predicta carta quam predictus dominus ...etc...etc inde michi fecit continetur. Et ut hec mea donacio concessio et presens carte mee confirmacio perpetue firmitatis in perpetuum robur obtineant presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino PHILIPPO BASSETH magistro THOMA CUMYN domino WILLIELMO DYNE domino OLIVERO de INGHAM domino ROGERO de SANDFORD domino ADE de DUTTON domino WILL'MO de EYVILE domino RANVLPHO de AMUNDEVILE THOMA le BLUNT ADA de la FORDE ALANO de ESEFELD· JOHANNE de MERDEN' et aliis.

CXLV.

CARTA L: DE SANDFORD D'NO PHILIPPO BASSET.

[P. R. O. UT SUPRA.]

Sciant presentes et futuri quod ego LAURENCIUS de SANDFORD dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino PHILIPPO BASSET pro servicio suo totum manerium meum cum omnibus pertinenciis suis de LECQUID in GLANMORGAN. Habendum et tenendum de me et heredibus meis predicto PHILIPPO et heredibus suis vel suis assignatis libere quiete bene et in pace integre in feodo et hereditate et ubicunque vel cuicunque totum predictum manerium cum omnibus pertinenciis suis dare vendere aut assignare voluerint exceptis religione et Judeismo. Reddendo inde michi LAURENCIO et heredibus meis predictus PHILIPPUS et heredes sui vel assignati quolibet anno ad festum Sancti MICHAELIS unum denarium et capitali domino feodi servicium debitum et consuetum quod ad predictum manerium pertinet scilicet quando scutagium evenerit quartam partem unius militis pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curie et pro omnibus demandis secularibus. Et ego LAURENCIUS et heredes mei warantizabimus defendemus et acquietabimus totum predictum manerium cum omnibus per-

tinenciis suis predicto PHILIPPO et heredibus suis vel suis assignatis pro predicto servicio contra omnes gentes in perpetuum. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio firmam robur perseverancie optineant eam presente carta mea et sigilli mei impressione confirmavi. Hiis testibus domino HUGONE DISPENSATORE tunc justiciario ANGLIE ROGERO de SANDFORD NICHOLAO SPYGURNEL HERBERTO de BULY RICARDO de CULEWURTH tunc constabulario Turris LONDINI JOHANNE de MAPELDEREFELD ROBERTO camerario ELYA de FRYTH HENRICO de WYKHAM et aliis.

CXLVI.

CARTA A: ABBATIS DE NETH.

[FRANCIS MSS.] 1266

Universis presentes literas visuris vel audituris frater A: dictus abbas de NETH et ejusdem loci conventus salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos recipimus de domino WILLIELMO MAYLOC terram de BLUNTESMOR in feodo de OGEMOR' eisdem terminis et conditionibus quibus eandem terram PETRUS BLUNDUS eidem domino WILLIELMO tradidit scilicet ad firmam viginti quatuòr annorum e quibus septem jam elapsi et restant septem decem quibus dictam terram tenebimus sicut plenius in scripto inter eosdem confecto continetur hinc est quod nos per presens scriptum confitemur et obligamus nos quod durante eadem firma nihil de dicta terra recipiemus ad perpetuitatem et feodum absque scientia et voluntate dominorum de OGMOR' qui pro tempore fuerint. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Datum in crastino beati JOHANNIS Baptiste anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

CXLVII.

DE CONTENCIONIBUS INTER LEW: FIL: GRIF: ET COMITEM GLOUCESTRIE.

[ROT: PAT: 51 H: III. MEMB: 2.] 1267.

WALLIA. Rex omnibus ...etc... salutem. Cum dilecti et fideles nostri LEWELINUS filius GRIFFINI Princeps WALLIE et GILBERTUS de CLARE comes GLOUC' et HERTF' submiserunt se dicto et ordinacioni EDWARDI primogeniti nostri karissimi supra omnibus transgressionibus et excessibus hinc inde hactenus perpetratis mittimus dilectos et fideles nostros ROGERUM de SOMERY et HUGONEM de TURBERVILL ad partes Marchie ad videndum et audiendum transgressiones et excessus predictos qualitercunque perpetratos et ad nos et dictum filium super eisdem transgressionibus et excessibus certificandum citra festum PENTECOSTE proximo futurum. In cujus etc. Teste Rege apud WESTMON' XIIII die MARCII.

CXLVIII.

CONVENCIO INTER DOMUM DE MARGAN ET M: TUSARD.

[HARL: CHART: 75 A 41.] 1267.

Hec est convencio facta inter THOMAM abbatem et conventum de MARGAN ex una parte et MICHAELEM TUSARD de KENEFEG ex altera, anno incarnacionis Domini MCCLX septimo in festo Sancti MARTINI. Videlicet quod predictus abbas et conventus tradiderunt MICHAELI TUSARD de KENEFEG vel heredibus suis vel assignatis ad terminum viginti annorum duas partes unius messuagii cum orto uno et crofto et una acra terre, que acra jacet juxta novam fossam ad australem partem et juxta terram PHILIPPI COH et que partes messuagii sunt inter messuagium WILLIELMI STURIE et messuagium JOHANNIS ASCELINE. Tenendum et habendum de nobis et domo nostra usque ad predictum terminum integre, quiete, et pacifice. Reddendo inde annuatim nobis predictis MICHAELE vel herede suo vel assignato

duos solidos sterlingorum ad duos anni terminos, videlicet ad festum Sancti MICHAELIS duodecim denarios, et ad PASCHA duodecim denarios pro omni servicio exactione et demanda. Pro hac autem convencione et concessione et presenti carta confirmacione dedit nobis dictus MICHAEL decem solidos sterlingorum premanibus. Nos vero et successores nostri predicto MICHAELI TUSARD et heredibus suis vel assignatis predictas partes messuagii cum uno orto et una acra terre contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus usque ad predictum terminum. In cujus rei testimonium predictus abbas et predictus MICHAEL TUSARD sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus WILLIELMO FRANKELIN ADAM HARDING JOHANNE LUNE THOMA RUSSEL ADAM WEREMOTH PHILIPPO KIFTH et multis aliis.

[Dorso "Cyrographum MICHAELIS TUSARD."]

CXLIX.

EXAMINATIO TESTIUM EX PARTE DOMUS DE MARGAN.

[HARL: CHART: 75, A. 40.] 1262.

Examinatio testium productorum ex parte abbatis et conventus de MARGAN et eorum deposicio facta die MERCURII proxima post festum beate AGATHE virginis anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo in ecclesia beati JOHANNIS de KAERDIF per dominum priorem de TALECHO commissarium abbatis de WYGEMOR et magistri GALFRIDI de BURGO canonici LANDAVENSIS judicum a domino Papa delegatorum in causa appellationis mota inter abbatem et conventum de MARGAN ex parte una et conventum monasterii Sti PETRI GLOUCESTRIE ex altera.

Frater JOHANNES COMYN monachus de MARGAN juratus et examinatus dicit quod vidit et audivit et presens fuit in ecclesia cathedrali LANDAVENSI in crastino Sti HYLLARII anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo ubi frater PHILIPPUS de LULLIWELLE procurator abbatis et conventus de MARGAN Cisterciensis ordinis LANDAVENSIS dyocesis comparuit coram de-

decano Christianitatis LANDAVENSIS et magistro ROGERO de STAUNTONE clerico vices officiales domini LANDAVENSIS episcopi gerentibus in causa tunc mota inter abbatem et conventum monasterii Sti PETRI GLOUCESTRIE ex parte una et abbatem et conventum de MARGAN ex altera super decimis provenientibus de terris eorundem abbatis et conventus de MARGAN consistentibus in parochia ecclesie de LANKARVAN LANDAVENSIS dyocesis. Qui quidem procurator humiliter ac instanter petiit ut ipsi acta judicii coram eis habita in causa ipsa tam eadem die quam in vigilia beati NICHOLAI proximo preterita per quam causa ipsa instruebatur et processu temporis instrui poterat redigi facerent in auctenticam scriptam et eadem acta in scriptis redacta sigillis suis signarent ut per ea in auctenticam scriptam redacta causa eorundem abbatis et Conventus de MARGAN pro loco et tempore instrui possit et vivari. Set ipsi decanus et ROGERUS hoc ei facere precise denegarunt propter quod idem procurator de MARGAN nomine suo et dominorum suorum predictorum ad sedem apostolicam in scriptis appellavit et apostolos instanter petiit quos ipsi decanus et ROGERUS eidem procuratori concedere denegarunt. Requisitus de hora diei quando hoc factum fuit, dicit quod circa horam terciam. Requisitus qui fuerunt presentes, dicit quod ipse et predictus frater PHILIPPUS de Lulliwelle, et fratres JOHANNES de NOVA-VILLA, WILLIEMUS SORTES PHILIPPUS de KAERMARDIN monachi de MARGAN magister NICHOLAUS de KAENETONA phisicus, JOHANNES PERNAT JOHANNES DU et multi alii tam clerici quam laici qui consistorium sint ea die. Requisitus quare non fuit causa appellationis ipsius infra annum terminata a tempore appellationis ipsius interposite, dicit quod hoc stetit per curiam Romanam sive per nuncios eorundem quos ad eandem curiam miserant ad impetrandum super eadem appellatione, miserunt enim predictos nuncios suos versus curiam Romanam infra octavas predicti Sancti HYLLARII et neminem eorum receperunt ante vigiliam beati VINCENTII martiris anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo eo quod impediti erant ut dicebant per

viam et eciam in predicta curia propter audientiam et bullam in eadem curia diu suspensam ut dicebant.

Frater WILLIEMUS SORTES monachus de MARGAN juratus et examinatus super predicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis suprascriptis. Idem dicit et concordat cum fratre JOHANNE preconjurato suo.

Frater PHILIPPUS de KAERMARDIN monachus de MARGAN juratus et examinatus super predicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis suprascriptis. Idem dicit et concordat cum fratre JOHANNE preconjurato suo, adiciens quod ipse propria manu scripsit tenorem appellationis predicte quam predictus procurator de MARGAN in predicto crastino Sancti HYLLARII interposuit ab audientia dictorum decani et ROGERI.

Magister NICHOLAUS de KANETONE phisicus juratus et examinatus super predicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis memoratis. Idem dicit et concordat cum fratre JOHANNE preconjurato suo excepto quod missioni nuntiorum predictorum non interfuit bene tamen scit literam super dicta appellatione impetratam fuisse a sede apostolica ad quam fuit appellatum.

Frater JOHANNES de NOVA-VILLA monachus de MARGAN juratus et examinatus super predicta appellatione et ejus causa et aliis circmstanciis memoratis idem dicit et concordat cum fratre JOHANNE preconjurato suo.

Magister ROGERUS de STAUNTON clericus juratus et examinatus super dicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis predictis. Idem dicit et concordat cum fratre JOHANNE primo jurato adiciens et jurans quod inceptus et coactus hujusmodi testimonium dixit.

CL.

COMPOSITIO FACTA INTER LEWELINUM, PRINCIPEM, ET DOMINUM GILBERTUM DE CLARE, COMITEM.

[P: R: O: REGIST: MUNIM: LIBER A. FOLIO 366.] 1268.

Compositio facta inter Die JOVIS proxima ante festum Sti MICHAELIS

LEWELINUM Principem WALLIE et Dominum SNAWDON' ex una parte et Dominum G' de CLARE ex altera.

anno regni Regis HENRICI filii Regis JOHANNIS quinquagesimo secundo apud PONTEM MONACHORUM in CANTREFFELY convenit inter Dominum LEWELINUM Principem WALLIE Dominum SNAWDONIE ex una parte et Dominum GILBERTUM de CLARE Comitem GLOUCESTRIE et HERTFORDIE ex altera super contencionibus et discordiis inter ipsos motis super hominibus terris transgressionibus et rebus aliis de quibus nuper apud MONGOMER' coram venerabili patre episcopo EXONIENSI et sociis suis per dominum Regem ibidem transmissis agebatur. Videlicet quod predicti Princeps et Comes consenserunt quod die MERCURII proxima post quindenam Sti MICHAELIS anno predicto que super eisdem predicti episcopus et socii sui prefixerunt coram domino Rege prorogentur usque in octabas purificationis Ste MARIE proximo futuras. Consenserunt etiam iidem Princeps et Comes quod interim ven' pater episcopus BANGOR' GRONO ab EDENAVETH TUDER ab EDENAVETH et DAVID ab EYNON ex parte predicti Principis electi et dominus JOHANNES filius JOHANNIS JOHANNES de BREUSA magister ROGERUS de LEYCESTER domini [Pape] capellanus et dominus HERVEUS de BORHAM ex parte predicti Comitis electi posito prestito prius corporali sacramento quod fideliter et exquisite audiant rationes hinc inde propositas et proponendas super premissis ea secundum justitiam terminabunt et diffinient. Predicti Princeps et Comes bona fide injungent suis ad predicta electis quod odio favore timore reverentia vel dominio seu amore alicujus dimissis quam fideliter procedant in negocio supradicto. Et predicti Princeps et Comes stabunt per omnia et in omnibus judicio dicto et ordinacioni arbitrio seu laudo predictorum electorum in premissis. Et si contingat quod absit quod predicti electi unanimi consensu predicta negocia aliquo casu infra terminum supradictum non terminaverint predicti Princeps et Comes de alia via terminandi predicta infra predictas octabas providebunt et si evenerit quod predicta nec per primam viam nec

per secundam infra predictas octabas terminentur ad plenum sint omnia predicta negocia in predictis octabis coram domino Rege in eo statu in quo esse debuerant coram eo predicto die MERCURII post quindenam Sti MICHAELIS. De hominibus autem de MEYSKYN et de SENGHENY et quos dictus Comes dicit per dictum Principem sibi eciam subtractos de quibus idem Princeps fuit in seisina die confeccionis presencium sic convenit inter eos quod illi de MEYSKYN usque ad predictas octabas purificacionis cum averiis suis et catallis morentur inter terram de BRECONIA et GLENROTHNY et illi de SEYNGHENY similiter usque ad predictum tempus morentur cum averiis et catallis inter terram BRECONIE et aquam que dicitur CAAYACH ita tam quod occasione more predictorum hominum nichil predictis Principi seu Comiti accrescat seu decrescat et ad hec omnia fideliter et sine dolo observanda predicti Princeps et Comes corporale prestiterunt sacramentum. Et ad majorem securitatem predicti Princeps et Comes huic scripto in modum cyrographi confecto sigilla sua alternatim apposuerunt. Et sciendum est quod dicti electi officium suum incipient die MERCURII proximo post finem EPIPHANIE Domini proximo futuro, apud EADBRYN in BRECONIA de die in diem precedendo donec predicto compleverint. Actum anno die et loco predictis.

CLI.

DE MARITAGIO JOHANNE DE REYNI.

[HARL: CHART: 55. C 45.] 1268.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris et audituris quod ego [WILLIELMUS] de REYNI dedi concessi et hoc presenti scripto confirmavi JOHANNI le BOTYLLER et JOHANNE de REYNI filie mee et heredibus ejusdem JOHANNE de [REYNI et suis] assignatis totum manerium meum in BAGEBER cum advocacione ecclesie una cum omnibus homagiis scutagiis wardis .... tur redditibus et omnibus aliis serviciis et cum omnibus villanis et eorum lectis

ac catallis boscis pratis pasturis .... nis molendinis maler[iis] piscariis montibus planis viis et semitis ac omnibus aliis aisiamentis predicti manerii cum omnibus suis quibuscunque pertinenciis predicto JOHANNI le BOTYLER et predicte JOHANNE de REYNI et heredibus ejusdem JOHANNE de REYNI vel suis assignatis de me et heredibus meis libere quiete et in pace huic ac suis heredibus inperpetuum. Reddendo inde annuatim......predictis JOHANNE le BOTYLER JOHANNA de REYNI et heredibus ejusdem JOHANNE de REYNI vel suis assignatis michi predicto WILLIELMO quamdiu vixero triginta libras argenti et post decessum meum heredibus meis unum denarium argenti ad festum Sti MICHAELIS pro omnibus serviciis. Ego vero predictus WILLIELMUS et heredes mei predictis JOHANNI le BOTYLER et JOHANNE de REYNI et heredibus ejusdem JOHANNE de REYNI et suis assignatis totum dictum manerium cum omnibus pertinenciis ut supra scriptum est contra omnes mortales per servicia predicta warantizabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio concessio et presenti scripto confirmatio rata et stabilis inperpetuum permaneat huic presenti scripto sigillum meum apposui.. Hiis testibus WARINO de RALEYE RIC: de WIRECEST' SYMONE de MER ...... RICARDO filio BERNARDI HENRICO de FIDIGTON WILLIELMO FITCHET WILLIELMO PANIOTH et aliis. Datum apud ESSHOLTE ad festum Ste KATERINE virginis martiris [anno] regni Regis HENRICI quinquagesimo tertio.

CLII.

WRONO AB TEYSIL DOMUI DE MARGAN, QUIETA-CLAMATIO.

[HARL: CHART: 75 C. 52.] CIRCA 1270.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris. WRONU ab TEYSIL salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu KNAITHO et WRONU VAHHAN filiorum meorum et heredum et aliorum amicorum meorum concessi et quietum clamavi et hac presenti

carta confirmavi Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totum jus meum et totum clamium quod habui in terra illa de Egleskeyn que appellatur Taleschaulherr que jacet inter rivulum qui appellatur Nantikki et aquam de Uggemore scilicet quicquid ego et antecessores mei unquam habuimus inter aquam de Garwe et aquam de Uggemore in bosco vel in plano. Ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere et quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus meis qui sunt vel erunt sicut ullum tenementum vel ulla elemosina liberius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod ego et predicti filii mei affidavimus et super sacrosancta ecclesie de Margan juravimus quod istam concessionem et quietam clamacionem fideliter et sine dolo servabimus et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus, Mauricio clerico de Langonet et Reso fratre ejus, Ricardo clerico de Kenefeg Yorvard ab Espus Reso Coh Cradoco ab Ricard Osberno et Thoma de Kantelo monachis de Margan Espus et Kanaan conversis de Margan et multis aliis.

[Dorso "Abjuratio Wronu ab Seisil de terra de Egliskeinwir."]

CLIII.

CONVENTIONES INTER MARGAN ET J: LE NORREYS.

[Harl: Chart: 75 A 36.] Circa 1270.

Cum quedam convenciones mote fuerant inter Gillebertum abbatem monasterii beate Marie de Margan ex una parte et dominum Johannem le Norreys ex altera super quibusdam consuetudinibus et serviciis exeuntibus de terris et tenementis que idem Johannes tenet in Bonevileston de prefato abbate et ecclesia sua predicta in Bonevileston amicabilis composicio inter ipsos conquievit sub tali forma videlicet quod prefatus Johannes pro

se et heredibus suis et assignatis suis recognovit et concessit se tenere omnia predicta tenementa de predicto abbate et ecclesia sua predicta per servicium duodecim denariorum per annum ad festum Sancti MICHAELIS et faciendo sectam ad curiam prefati abbatis de BONEVILESTON de mense in mensem, et forinsecum servicium quantum ad tantum tenementum pertinet, et racionabile relevium cum evenerit, et custodia predictorum tenementorum in tempore minoris etatis heredum suorum seu heredum assignatorum suorum et fidelitatem Pro hac autem recognicione concessione et ad instanciam domini GILLEBERTI de CLARA comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE prefatus abbas pro se et successoribus suis et ecclesia sua beate MARIE de MARGAN concessit warantizare prefata tenementa de feodo suo de BONEVILESTON prefato JOHANNI le NORREYS et heredibus suis si contigerit ipsos ab aliquibus implacitari per breve domini GILLEBERTI de CLARA comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE in comitatu de KARDIF sub tali condicione quod si idem GILLEBERTUS abbas vel aliquis alius abbas successor suus de abbacia de MARGAN in prefato comitatu vel alibi ubi respondere debeat versus quemquam ipsum JOHANNEM le NORREYS seu heredes suos cum vocatus fuerit ad warantum warantizaverit et prefatam terram per warantiam suam per processum placiti seu per patriam seu non defensum seu per defaltam seu quocunque aliquo alio modo versus petentem amiserit seu amiserint. Idem JOHANNES vel heredes sui nichil habebunt per judicium illius curie seu alicujus alterius pro valencia predictorum tenementorum de prefato abbate seu successoribus suis sive de ecclesia sua de MARGAN predicta nisi unum par calcarium deauratorum precii sex denariorum sive sex denarios nomine valencie prefate terre sic amisse. Et ego JOHANNES le NORREYS miles hoc concedo et pro me et heredibus meis confirmo et ratifico imperpetuum. Et preterea ego JOHANNES le NORREYS volo et concedo pro me et heredibus meis quod si aliquo tempore presumemus plus pro valencia predicte terre de BONEVILESTON versus predictum GILLEBERTUM abbatem seu

successores suos abbacie de MARGAN si amissa fuerit per placitum petere quam unum par calcarium deauratorum precii sex denariorum vel sex denarios quod ex tunc ego JOHANNES vel heredes mei teneamur abbati de MARGAN qui pro tempore fuerit et ecclesie sue beate MARIE de MARGAN ex puro debito in centum libris sterlingorum persolvendis omnino eidem abbati et ecclesie sue beate MARIE de MARGAN antequam aliqua seysina alicujus terre pro valencia predicte terre de BONEVILESTON de prefato GILLEBERTO abbate seu successoribus suis mihi seu heredibus meis liberetur. In cujus rei testimonium partes predicte huic scripto in modum cyrographi confecto alternatim sua sigilla apposuerunt.

[Dorso "Convencio JOHANNIS le NORREYS."]

CLIV.

TRANSGRESSIONES MARCHIONUM.

[P.R.O. ROLL ENDORSED "GLAMORGAN."] 1271.

Rex omnibus etc salutem. Sciatis quod dedimus potestatem venerabilibus patribus R: COVENTR' LICH' et G: WIGORN' episcopis et dilectis et fidelibus nostris R: de MORTUO MARI et R: de LEYBURN quos mittimus ad vadum MONTE GOMERY ad instantes octabas purificacionis beate MARIE audiendi omnes transgressiones et excessus factos dilecto et fideli nostro LEWELINO filio GRIFFINI Principi WALLIE et suis per dilectum et fidelem nostrum GILBERTUM de CLARE comitem GLOUC' et HERTFORD' et suos eciam omnes transgressiones et excessiones quibuscunque Marchionibus et aliis de partibus Marchie factis ut dicitur contra formam pacis inter nos et predictum LEWELINUM inite et firmate. Et ad omnia ea corrigenda et terminanda prout secundum formam pacis ejusdem et secundum consuetudinem partium illarum de jure fuerit faciendum. Nos eciam ratum habebimus et acceptum quicquid ipsi quatuor vel tres vel duo ipsorum quos presentes esse contigerit fecerint in premissis. In cujus etc. Teste Rege apud WESTM' xxv. die Junii.

TRANSGRESSIONES MARCHIONUM.

Rex vicecomiti SALOP' STAFF' HEREFORD' et WIGORN' ac baronibus militibus omnibus ballivis et fidelibus suis de partibus Marchie ad quos etc salutem. Sciatis quod dedimus potestatem venerabilibus patribus reverendis COVENTR' et LICH', et G. WIGORN' Epis' et dilectis et fidelibus nostris R: de MORTUO MARI et R: de LEYBURN' quos mittimus ad vadum MONTIS GOMERI ad instantes octabas purificacionis beate MARIE audiendi omnes trangressiones et excessus et injurias factas dilecto et fideli nostro LEWELINO filio GRIFFINI Principi WALLIE et suis per dilectum et fidelem nostrum GILBERTUM de CLARE comitem GLOUC' et HERTFORD' et suos et eciam omnes transgressiones excessus et injurias factas prefato comiti et suis per predictum LEWELINUM et suos, et insuper omnes transgressiones et excessus et injurias quibuscunque Marchionibus et aliis de partibus Marchie factis ut dicitur contra formam pacis inter nos et predictum LEWELINUM inite et firmate et ea omnia corrigendi et terminandi prout secundum formam pacis ejusdem et secundum consuetudinem partium illarum et de jure fuerit faciendum. Et ideo vobis mandamus quod predictis Episcopis, Rogero, et Rogero, vel tribus vel duobus ipsorum quos ibidem in octabis predictis vel diebus ad hoc per ipsos si necesse fuerit continuandum adesse contigerit in premissis intendentes sitis et respondentes consulentes et auxiliantes prout vobis scire facimus ex parte nostra. In cujus etc. Teste ut supra.

CASTRUM DE CAERFILY.

[P.R.O. UT SUPRA.]

Rex episcopis abbatibus prioribus comitibus baronibus militibus et omnibus ballivis et fidelibus suis de comitatibus HEREF: WYGORN: SALOP: et STAFF: et ceteris de WALECHERIA salutem. Cum pluries inhibuerimus LEULINO filio GRIFFINI Principi WALLIE ne dilecto et fideli nostro G: de CLARE Comiti GLOUC: et HERTF: aut certis Marchionibus nostris per

ipsum vel suos molestiam seu gravamen inferret vel inferri permitteret contra formam pacis inter nos et ipsum LEULINUM inite et firmate et simiiliter inhibuerimus prefato Comiti ne prefato LEULINO dampnum inferat contra formam pacis ejusdem ac idem LEULINUS jam congregato exercitu et posse suo cum vexillis displicatis in manu forti castrum ipsius Comitis de KAERFILI et alibi terras ipsius Comitis invadere et dampna gravissima facere proponat ac si guerra communis esset hinc inde suscitata et prefatus Comes in presencia nostra constitutus optulerit se respondere prefato LEULINO et aliis de ipso vel de suis conquerentibus seu conqueri volentibus de transgressionibus et factis suis et suorum quorumcumque inde rectum faciendo capiendo et similiter optulerit reddere predictum castrum de KERFILI in manum nostram et diem apud vadum MONTIS GOMERI quem in presencia nunciorum ipsius LEULINI si quos ad nos propter hoc destinare voluerit sicut ei nuper mandavimus de consilio nostro perfigemus recolegerit vobis mandamus in fide homagio et dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungentes quod si predictus LEULINUS cum exercitu suo ad mandatum nostrum a partibus illis se non subtraxerit nec recesserit nec eciam dictum diem apud vadum MONTIS GOMERI quem in presencia nunciorum ipsius LEULINI si quos ad nos propter hoc destinare voluerit sicut ei nuper mandavimus de consilio nostro perfigemus inde duxerit recoligendum sicut predictum est vos extunc prefato Comiti ad castrum illud et terras suas in partibus illis defendendum consulentes sitis et cum toto posse vestro auxiliantes prout venerabiles patres R: Cov: et LICH: et G: WYGORN: episcopi quos ad partes illas propter hoc destinamus vobis plenius scire facient ex parte nostra. In cujus etc. Teste ut supra.

CLV.

TRANSGRESSIONES MARCHIONUM.

[P.R.O. UT SUPRA.] 1271.

Rex dilecto et fideli suo LEWELINO filio GRIFFINI Principi WALLIE salutem

et sincere dileccionis affeccionem. Cum diem vobis et vestris et dilecto et fideli nostro G: de Clare Comiti Gloucés' et Hertford' et suis ac ceteris marchionibus nostris per nos prefixum a die Sti Johannis Baptiste proximo preterito in unum mensem apud vadum Montis Gomeri cunctis de causis prorogassemus ab illo mense in unum mensem post festum Sti Michaelis proximo venturo ut tunc coram magnatibus et fidelibus nostris per nos ibidem destinandos tam vobis et vestris quam prefato Comiti et suis ac aliis marchionibus nostris predictis plena fiat justicia super intercepcionibus excessibus et transgressionibus hinc inde factis contra formam pacis inter nos et vos inite et firmate et vobis per literas nostras mandassemus quod diem illum observetis apud locum predictum et quod interim prefato Comiti aut suis ac ceteris marchionibus nostris predictis dampnum non inferatis vel gravamen ac jam simus in proficiscendo ad partes transmarinas pro homagio nostro quod domino Regi Francie illustri facere tenemur pro dominatu nostro Aquitanie com' Agenen' et aliis terris quas tenemus et et tenere debemus in regno Francie eidem domino Regi prestando et propter hoc velimus et specialiter optemus ad pacem et tranquilitatem regni nostri et parcium marchie quod vobis aut vestris per prefatum Comitem aut ceteros marchiones nostros seu prefato Comiti aut ipsis marchionibus nostris per vos vel vestros nullum interim dampnum vel molestia inferatur set quod omnia in pace conquiescant usque ad diem supradictum mandavimus prefato Comiti et ceteris marchionibus nostris districte inhibendo ne vobis vel vestris interim inferant dampnum molestiam seu jacturam unde vobis mandamus firmiter injungentes quod prefatum Comitem aut marchiones predictos interim nullo modo gravetis seu a vestris gravari permittatis. Ceterum quia per fide dignos intelleximus quod vos exercitum vestrum jam banniri fecistis et partes marchie appropinquare proponitis ad prefatum Comitem et alios marchiones nostros gravandos et terras suas ibidem invadendas de quo quam plurimum admiramur vobis mandamus id fide et ho-

magio et dileccione quibus nobis tenemini firmiter injungentes quod ab hujusmodi proposito voluntarie desistentes in pace vos teneatis. Ita quod vobis non imputari debeat vel possit quod pax in partibus illis minus bene observetur. Scituri quod si secus egeritis impedire non possumus nec volumus quin prefati marchiones nostri ad defensionem suam per se vel per amicos suos vobis resistant viriliter et potenter. Teste Rege apud Westm' iiij die Augusti.

CLVI.

CASTRUM DE KERFILI.

[Rot: Pat: 55 H: iii memb: i.] 1271.

Rex venerabilibus patribus R: Coventr' et Lich' et G: Wygorn' episcopis salutem. Cum pluries inhibuerimus Leulino filio Griffini Principi Wallie ne dilecto et fideli nostro G: de Clare Comiti Glouc' et Hert' aut ceteris marchionibus nostris per ipsum vel suos molestiam seu gravamen inferret vel inferri permitteret contra formam pacis inter nos et ipsum Leulinum inite et firmate et similiter inhibuerimus prefato Comiti ne prefato Leulino dampnum inferrat contra formam pacis ejusdem ac idem Leulinus jam congregato exercitu et posse suo cum vexillis displicatis in manu forti castrum ipsius Comitis de Kaerfili et alibi terras ipsius Comitis invadere et dampna gravissima facere proponat ac si guerra communis esset hinc inde suscitata et prefatus Comes in presentia nostra constitutus optulerit se respondere prefato Leulino et aliis de ipso vel de suis conquerentibus seu conqueri volentibus de transgressionibus et factis suis et suorum quorumcunque inde rectum faciendo et rectum capiendo et similiter optulerit reddere predictum castrum de Kaerfili in manum nostram nos tenore presencium vobis damus potestatem recipiendi castrum predictum in manum

nostram et illud salve custodiendi donec aliud inde precepimus salva [aliqua] accione ipsius Comitis seu cujuscunque alterius de jure et seisina ejusdem. Et ideo vobis mandamus quod castrum illud vice nostra et nomine nostro recipiatis et illud in manu nostra salve custodiri faciatis sicut predictum est. Nisi idem LEULINUS cum exercitu suo ad mandatum nostrum a partibus illis se subtraxerit vel recesserit et diem apud vadum MONTIS GOMERI quem in presencia nunciorum ipsius LEULINI si quos ad nos propter hoc destinare voluerit sicut ei nuper mandavimus de consilio nostro perfigemus inde duxerit recoligendum. In cujus etc etc. Teste Rege apud WESTMON' XXV die OCTOBRIS.

CLVII.

CASTRUM DE CAERFILLY. CONVENTIO INTER LEWELINUM PRINCIPEM ET EPISCOPOS COV: ET WIGORN:

[P.R.O. UT SUPRA.] 1 Nov: 1271.

Inter nobilem virum et excellentem dominum LEWELINUM Principem WALLIE dominum quoque SNAUDON qui castrum de CAERFILY per nobilem virum dominum G: de CLARE Comitem GLOUC: et HERTFORD nuper erectum obsedit ex parte una et venerabiles patres dominos R: COVENTR: et LICH' ac G: WIGORN' episcopos quos illustris Rex ANGLIE ad hujusmodi castrum in manum ipsius capiendum et tenendum quousque de contencione inter eosdem nobiles occasione ipsius castri exorta justicia competens per magnates et consiliarios domini Regis ad vadum MONTIS GOMERI destinandos secundum leges et consuetudines marchie ac secundum formam pacis inter Regem et Principem dudum inite et firmate reddatur per suas literas transmiserat ex altera in castris juxta KAERFILI sic convenitur quod predictus Princeps cum exercitu suo ab obsidione dicti castri recedat et ipsis episcopis liberam

tribuat facultatem capiendi castri in manus domini Regis et aliquos de suis nomine domini regis in ipso ponendi quousque ipse Rex aliquos custodes neutri parti suspectos nec alicui parcium consanguinitate vel affinitate seu alia rationabili causa conjunctos ad ipsum castrum conservandum noviter duxerit destinandum. Promisit eciam dictus Princeps quod nec ipse nec aliquis de suis guerram contra dominum Comitem vel aliquem de suis lite super prefato castro pendente hujusmodi contencionis occasione movebit nec aliquem de parte Comitis per se vel per alium abstrahi seu revocari procurabit aut venientem receptabit quodque homines vel tenentes Comitis non impediet nec impedire patietur per suos quominus cum hominibus suis et tenentibus libere contrahere valeant et cum ipsis mercaturam exercere. Promiserunt similiter prefati episcopi nomine Regis pro Comite quod garnestura ipsius Comitis per totum a supradicto castro recedet quodque ipse Comes de illo castro pendente lite se non intromittet in aliquo nec aliquem de suis permittet intromittere circa refeccionem ipsius castri vel in fossarum augmentatione sive reparacione vel murorum refeccione vel in aliquo alio augmento seu municione nisi secundum quod fuerat die confeccionis presencium nec eciam illi quos ex parte Regis in ipsi esse contigerint aliquid in eodem quo ad municionem castri censeri valeat aliquatenus innormabunt nec contra principem vel aliquem de suis guerram racione predicta lite pendente movebit in aliqua parte ubi ipso nobiles terras habent conjunctas atque confines nec aliquem parti principis adherentem per se vel per alium abstrahi seu revocari procurabit aut venientem receptabit quodque ipse Comes homines seu tenentes Principis non impediet nec ab aliis quantum in ipso est impedire patietur quominus ipsi hominibus vel tenentibus ejusdem Comitis quodlibet commercium legitimum inire valeant et libere cum ipsis similiter mercaturam exercere. Item homines de SEYNGHENYTH similiter qui modo sunt cum Principe non descendant inferius cum prediis et familiis ascendant ad morandum et inhabitandum et locis ubi fuerunt

tempore confeccionis presentium nec illi de SEYNGHENYTH similiter qui sunt cum Comite cum predis et familiis ascendant ad morandum et inhabitandum superius a locis quibus habitabant tempore confeccionis presentium. Dicti vero prelati promittunt quod dictum castrum non exibit de manibus regis donec de contencione dictorum nobilium justicia competens exhibeatur in forma pretaxata. Promittunt eciam se curatoros quod dominus Rex confirmabit ordinacionem predictam per literas suas patentes. Et quecunque partium hanc ordinacionem infregerit in parte vel in toto contra communis paci formam venisse intelligatur. Et licet aliqui latrones vel malefactores fecerint latrocinia aut alias transgressiones ex alteruta parte nichilominus dicta ordinacio in suo robore durabit et transgressiones emendentur per consideracionem proborum virorum inter quas terras secundum leges et consuetudines parciam illarum. Supradicti quidem episcopi nomine Regis diem ad justiciam recipiendam et faciendam in forma predicta super premissis quindenam scilicet post festum Sti JOHANNIS baptiste proximo futuram parti Principis ad vadum MONTIS GOMERI de voluntate et consensu ipsius Principis assignaverunt. In quorum omnium testimonium parti presentis cirographi remanenti penes Principem episcopi prefati pro Rege sua sigilla apposuerunt parti vero penes episcopos remanenti sigilla dominorum DAVID filii GRIFFINI et GRIFFINI filii GUENN' pro Principe sunt appensa. Datum et actum in castris juxta KAERFILI in commemmoracione animarum. Anno gracie Millesimo Cc'mo septuagesimo primo.

CLVIII.

CASTRUM DE KAERFILI.

[P.R.O. UT SUPRA.]

Rex RICARDO fratri suo salutem. Cum LEWELINUS filius GRIFFINI Princeps WALLIE clamans habere jus in situ et placea castri G: de CLARE Comitis

Gloucestrie et Hertfordie de Kaerfili et proponens illud dirimere et totaliter prosternere idem castrum obsederit et idem Comes audito rumore obsessionis illius ad nos venerit et instanter petierit quod cum ipse paratus esset castrum illud in manum nostram reddere illud ab ipso recipiamus tenendum quousque prefato Lewelino et sibi de jure quod idem Lewelinus habere clamat in castro predicto justicia exhiberetur juxta formam pacis inter nos et eundem Lewelinum inite et firmate et secundum leges marchie, propter quod nos perpendentes quod ex obsessione illa et congregacione exercitus Lewelini predicti et congregacione amicorum et posse predicti Comitis possent gravis turbacio et guerra in partibus marchie et alibi per potestatem nostram suboriri tractatum diligentem habuimus cum consilio nostro et providimus quod castrum illud capiatur et retineatur in manu nostra et quod R: Coventr' et Lich' et G: Wigorn' episcopi prefatum Lewelinum adirent et ipsum ex parte nostra inducerent ut ab obsessione illa recederet qui sic ad mandatum nostrum fecerunt et cum ipso tractatum inde habuerunt. Et licet idem Lewelinus perpendisset quod castrum illud dirimere et penitus prosternere potuisset infra tercium diem taliter inter se ordinaverunt quod castrum illud remaneret in manu nostra in eodem statu quo tunc fuit ut in muris fossatis bretaschiis victualibus et aliis ita quod nichil reparetur exaltaretur karnalaretur bretaschiaretur vel alio modo status ille mutaretur citra quindenam Sti Johannis baptiste proximo futuram in qua quindena predicti episcopi partibus diem prefixerunt apud vadum Montis Gomeri ad faciendam inde et recipiendam justiciam juxta formam pacis et leges marchie. Et predicti episcopi L: ad hoc cum magna difficultate inducto castrum illud a constabulario ejusdem juxta tenorem literarum predicti Comitis sibi super hoc per prefatos episcopos tradituri in manum nostram receperunt et illud quibusdam de suis commiserunt quousque aliqui de nostris ibidem venirent et castrum illud ab eis reciperent et in manu nostra custodirent in forma predicta. Ecce constabularius dicti Comitis de

Caerdif simul cum quadraginta hominibus ad arma prope pontem de Kaerfili accessit et latenter et clam adiit predictum castrum de Kaerfili et petiit ibi ingressum ad arma hominum predicti comitis scrutanda et videnda. Et homines predictorum episcoporum in custodia ejusdem sinistra aliqua de ipso non suspicantes eum castrum illud ingredi permiserunt quo ingresso petiit ut quidam miles suus super rebus in castro illo existentibus cercioratus ingredi posset qui militem illum et postmodum tercium ingredi permiserunt quibus ingressis post scrutinium factum de armaturis illius ad portam ejusdem castri accesserunt qua per ipsos aperta illos quos infra castrum illud morari voluerunt ad municionem ejusdem alioquin quod ipsi castrum illud exirent et eos permitterent castrum illud ad opus predicti Comitis domini sui custodire. Ita quod homines episcoporum illorum per districcionem eis factum per predictum constabularium de Kaerdif castrum illud dimiserunt et ad dominos suos redierunt. Et nos quidem auditis premissis et non multo inde admirantes consulimus super hoc cum illis qui juxta latus nostrum morantur et negocio illo intellecto mandavimus prefato comiti premissa ut nos super voluntate sua et si premissa per ipsum vel de assensu seu precepto suo forent attemptata ad plenum redderet cerciores. Unde quia si rumor istorum ad aures prefati Lewelini perveneret ipse forte credet premissa de consensu nostro fore perpetrata cum tamen de ipsorum perpetracione doleamus vobis mandamus rogantes quod consilium vestrum super premissis nobis quod cicius distincte et apte significetis una cum vestre beneplacito voluntatis. Teste etc.

CLIX.

DE TRANSGRESSIONIBUS MARCHIONUM.

[P: R:O: ut supra.] 1272.

Rex Lewelino filio Griffini Principi Wallie salutem et sincere dileccionis affeccionem. Ea que nobis super emendam faciendam et recipiendam

de excessibus et transgressionibus per G: de CLARE Comitem GLOUCESTRIE HUMFRIDUM de BOHUN et suos ac alios marchiones nostros contra formam pacis inter nos et vos initam et firmatam illatis sicut asseritis et factis hinc inde per literas vestras expressistis una cum aliis que venerabilis pater AMANUS episcopus de Sto ASSAPH' sollicite nobis exposuit nomine vestro plenius audivimus et intelleximus diligentius et super hiis cum aliis prelatis et consiliariis nostris tractatum et colloquium habuimus exquisitum satis autem attenditis qualiter super exhibenda vobis in hac parte justicia firmam et ferventem voluntatem habentes majores de regno nostro ad vadum MONTIS GOMERI frequenter transmisimus ex hac causa. Ita quod per nos in aliquo non stetit quin vobis super premissis fieret justicie complimentum sicut tam per literas nostras vobis inde directas quam per alia nostre sollicitudinis indicia satis constat et constabit inposterum evidenter modo autem supervenerunt nova que nos et consilium nostrum urgenter occupant et distrahunt ad diversa. Dominus enim Rex FRANCIE illustris cunctum terminum nobis prefixit in quindena videlicet Sti MARTINI jam venturi ut sibi de ducatu AQUITANIE comitatu AGENENSIS ac aliis terris quas tenemus in regno FRANCIE homagium faciamus. Ita quod ulterius supersedere non possumus quin partes transmarinas personaliter adeamus pro negocio antedicto. Et insuper EDWARDUS primogenitus noster dilectus amicus vester jam est in redeundo de terra Sancta versus partes ANGLIE sicut per dilectum et fidelem nostrum OTTONEM de GRANDISONO et alios milites familiares et domesticos suos qui in partes VASCONIE adventum ipsius ibidem expectant veraciter intelleximus unde si predicta negocia vos tangentia [proferuntur] ad tempus securi esse poteritis quod negocia illa per predictum EDWARDUM et alios nobiles regni nostri juxta formam pacis predicte tam quoad emendas vobis faciendas quam alia que incumbunt melius et magis perfecte quam hactenus explebuntur. Propter quod terminum nuper vobis in hac parte prefixum videlicet a festo Sti MICHAELIS in unum mensem duximus prorogan-

dum usque ad quindenam Pasche proximo futuro ad quem diem presens erit per Dei graciam EDWARDUS predictus in cujus presencia negocia predicta feliciter et finaliter poterunt terminari ad commodum et indempnitatem vestram. Et scire vos volumus quod vobis aut nobis rebus se habentibus ut nunc nullatenus expediret quicquam mali vel excessus interim attemptari contra formam pacis predicte unde vobis mandamus rogantes et in fide homagio et dileccione in quibus nobis tenemini firmiter injungentes quatinus diem illum videlicet quindenam Pasche predictam observantes interim vos et vestros in pace teneatis ita quod vos pro fidelitate vestra tunc ut prius habere debeamus specialiter commendantes. Prefatus ante episcopus quem in exposicione negociorum vestrorum merito commendamus voluntatem nostram plenius vobis viva voce referre poterit in premissis. Teste Rege apud Westmon' xxx die OCTOBRIS per ipsum Regem Archiepiscopum EBORAC' R: AGULL' THEDIS' de CAMILL' Fratrem J: de DERLINGTON W: de MERTON Magistrum de la CORNER et ELIAM de RABEYN.

CLX.

CONVENTIO INTER DOM: W: DE VESCI ET ROBERTUM DE KAHAYNES.

[HARL: CHART: 57. c. 32.] 1272.

Anno regni Regis HENRICI filii Regis JOHANNIS quinquagesimo sexto ad Purificationem beate MARIE facta fuit hec conventio inter dominum WILLIELMUM de VESCI ex una parte et ROBERTUM de KAHAYNES ex altera, videlicet, quod predictus ROBERTUS tradidit et quietum clamavit pro se et heredibus suis dicto WILLIELMO et heredibus suis totam partem suam de manerio in ELINGTONE cum omnibus pertinenciis suis et escaetis que sibi accidere poterint nomine hereditatis, exceptum feodum militum. Concessit eciam predictus ROBERTUS predicto WILLIELMO XLI s VIII d et obolum,

de redditu annuali in NOVA VILLA et NOTASSE in GLAMORGAN, scilicet viginti acras terre arabilis de dominico suo quarum septem acre jacent inter meros et divertuntur se super KOKESMEDE, et tres acre et dimidie jacent in BRODESLADE, quinque acre et dimidie jacent in WESTLORDLAND et quatuor acre jacent in ESTLORDLAND, precii cujuslibet acre VII d cum omnibus libertatibus et ayciamentis dicte terre...............et omnes liberos tenentes de p.......................dicta villa cum wardis releviis et escaetis omnimodis, scilicet abbatem de..............redditum per annum XII s ,, VI d, et ROBERTUM............ADA pro vque acris terre VII d ,, ob:, GRIFITH ab RIS VIII d, JOHANNEM filium PHILIPPI XX d, WIRGAN III d, A.........ABIL fil: MADOK III d ,, ob:, GALFRIDUM DUN III d, ANDREAM SUAR, WILLIELMUM CAYM, et JOHANNAM VI d, WILLIELMUM de HAMELE II d. Et......un,...... partis sue, JOHANNEM LONGUM, HENRICUM CRADOK, MAURICIUM WRENCHE, JOHANNEM OWAYEN, JOHANNEM NIG', JOHANNEM LOKARE, et ROBERTUM NORTHMAN, cum tota sequela eorundem, catallis et tenementis quod de dicto ROBERTO tenuerunt in vilenagio in dicta villa. Habendum et tenendum dicto WILLIELMO et heredibus suis vel assignatis de dicto ROBERTO et heredibus suis vel assignatis faciendo inde servicium capitalibus dominis feodi quantum pertinet dictis tenementis. Concessit eciam et quietum clamavit dictus WILLIELMUS et ISABELLA uxor ejus pro se et heredibus suis dicto ROBERTO et heredibus suis vel assignatis totam partem suam in maneriis de CHELLEWORTH et COLECOTE cum omnibus pertinenciis suis et escaetis que eis nomine hereditatis accidere poterint. Habendum et tenendum de dictis WILLIELMO et ISABELLA et heredibus et assignatis suis dicto ROBERTO et heredibus ejus vel assignatis faciendo inde servicium capitalibus dominis feodi quod dictis pertinet tenementis. Et ut ista convencio rata et stabilis inperpetuum permaneat partes alternatim presenti scripto ad modum cyrographi confecto sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus domino JOHANNE TREYGOZ domino JOHANNE PAYNEL domino ROBERTO de MEYSI domino ROBERTO de LUSTESHULL ROGERO de WRITET et aliis.

CLXI.

CARTA WILLIELMI FILII WORGANI.

[ADD: CHART: 24. 247.]

Sciant presentes et futuri quod ego WILLIELMUS filius WORGAN medici dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino MILONI de REYNGNI medietatem viginti acrarum terre quas teneo per cartam WILLIELMI de REYNGNI patris dicti MILONIS que jacent in parte australi que ducit usque terram WRONOU WASSAN per metas et bundas sicut divisa est. Habendam et tenendam pro me et heredibus et assignatis [meis] sibi et heredibus suis sive assignatis libere quiete pacifice integre jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim domino feodi qui pro tempore fuerit tres solidos ad duos anni terminos videlicet ad nativitatem beati JOHANNIS Baptiste XVIII denarios· et ad festum Sti MICHAELIS XVIII denarios pro omnibus serviciis querelis· sectis curiarum et secularibus demandis. Pro hac autem donacione concessione et carte mee confirmatione dedit mihi dictus MILO XX solidos sterlingorum premanibus. Ego vero predictus WILLIELMUS et heredes mei vel mei assignati dictam medietatem dicte terre sicut divisam et dicto MILONI et heredibus suis et suis assignatis pro predicto servicio contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus in perpetuum et defendemus. Ut hec autem mea donatio concessio et carte mee confirmatio stabilitatem et robur obtineat in perpetuum hanc presentem cartam meam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus WALTERO de REYNGN' tunc domino feodi WRONOU WASSANO LEWELINO TYR JOHANNE FRANKELEYN MEILER ap CRADOC et aliis.

CLXII.

CARTA JOHANNIS LE PORT.

[ADD: CHART: 24. 248.]

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES le PORT de KARDIF dedi

concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de REGNY duo burgagia cum pertinenciis in KARDIF quorum unum burgagium situm est inter burgagium alicujus RICHARDI fabri et burgagium MICHELFI de PENNARE alterum vero burgagium situm est extra portam meridionalem versus mare juxta burgagium quondam WILLIELMI SEWARD. Habenda et tenenda pro me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim capitali domino de KARDIF qui pro tempore fuerit duos solidos pro omni servicio et seculari demanda. Pro hac autem donatione concessione et carte mee confirmacione predictus WALTERUS de REGNY et heredes sui vel assignati sui dabunt mihi annuatim quoad vixero quinque crannocos frumenti ad sustencionem meam. Et ego dictus JOHANNES le PORT et heredes mei predicta burgagia cum pertinenciis et libertacionibus suis predicto WALTERO et heredibus suis vel assignatis suis in perpetuum contra omnes homines et feminas warantizabimus et defendemus. In hujus rei testimonium huic presenti carte sigillum apposui. Hiis testibus domino RICARDO LUDE NICHOLAO de PENNART WALTERO CORNUBIENSE RICARDO CRISPO RICARDO KUBAND et multis aliis.

CLXIII.

CARTA WILLIELMI BALDWYNE.

[ADD: CHART: 24. 249.]

Sciant tam presentes quam futuri quod ego WILLIELMUS BALDWYNE filius et heres JOHANNIS BALDEWYNE burgensis de KERDIF dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI de LANILTWIT militi filio JOHANNIS filii WILLIELMI de LANILTWIT unum burgagium quod habui in villa de KERDIF quod jacet inter burgagium prioris de KERDIF pertinens ad abbatiam TEWKES' ex parte boreali et burgagium quod fuit quondam WILLIELMI de

LANIRID tinctoris ex parte australi pro quatuor marcis sterlingorum mihi premanibus presolutis. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis vel meis assignatis libere et quiete integre et bene in pace et honorifice in omnibus locis cum omnibus aisiamentis et libertatibus dicto burgagio pertinentibus absque ullo mei vel heredum meorum retinemento. Reddendo inde annuatim de se et heredibus suis vel suis assignatis domino capitali ville de KERDIF duodecim denarios sterlingorum ad quatuor anni terminos principales prout debitum est in villa de KERDIF reddere et consuetum pro omni servicio exactione et demanda. Et ego WILLIEMUS BALDEWYNE et heredes mei dictum burgagium cum omnibus suis pertinenciis et libertatibus prout prenominatum est dicto JOHANNI filio JOHANNIS et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines et feminas in perpetuum warantizabimus acquietabimus et defendemus. Et ut hec mea donacio et concessio rata sit et firma presenti carta sigilli mei impressionem duxi apponendum. Hiis testibus WILLIELMO WALLOT WALTERO CORNUBIENSE WILLIELMO de LANIRID WALTERO PEYTEVIN ROBERTO COLEWEYN ROGERO SEWALD JOHANNE RUMBOLD et aliis.

CLXIV.

CARTA ROBERTI THORGOD.

[ADD: CHART: 24. 250.]

Sciant presentes et futuri quod ego ROBERTUS THURGOD dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLIELMO de REYGNY totam terram meam quam tenui in feodo de COGAN que jacet pro octo acris cum omnibus pertinenciis suis et libertatibus suis quarum vero quinque acre jacent supra montem et tres acre jacent ad parvum castellum et ad quendam locum qui Anglice vocatur YE SILFFI. Tenendum et habendum sibi et heredibus suis vel assignatis suis pro me et heredibus meis libere quiete pacifice integre et

hereditarie faciendo servicium et redditum capitali domino de COGAN secundum tenorem carte domini RICARDI de COGAN quondam domini de COGAN quam in pleno comitatu de KARDIF prefato WILLIELMO liberavi. Ego autem dictus ROBERTUS THURGOD et heredes mei totam predictam terram cum omnibus pertinenciis et libertatibus suis prefato WILLIELMO et heredibus suis vel assignatis suis contra omnes homines et feminas in perpetuum warantizabimus. Pro hac autem donacione concessione et sigilli mei confirmacione dedit mihi predictus WILLIELMUS de REYGNY octo marcas sterlingorum pre manibus in recognicione. Et ut hec mea donacio concessio et sigilli mei confirmacio rate et stabilis permaneat hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino PETRO PINCERNA tunc vicecomite de GLAMORGAN ROBERTO de SUMERY WILLIELMO FLANDRENSI WILLIELMO de BARRI DANIELO BERE ADAMO filio YSAAC GALFRIDO filio PETRI et multis aliis.

CLXV.

CARTA WILLIELMI FILII ROGERI.

[ADD: CHART: 24. 251.]

Sciant presentes et futuri quod ego WILLIELMUS filius ROGERI aucupis de DINAS POWYS dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi MILONI de REIGNY totum liberum tenementum meum quod tenui in feodo de COGAN jacens pro septem acris terre super KALEWE versus partem borialem per metas et bundas sicut divisa fuit cum pertinenciis suis. Tenendum et habendum predictum tenementum cum omnibus pertinenciis suis de me et heredibus meis vel assignatis meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et jure hereditario inperpetuum in viis semitis pasturis et in omnibus asiamentis que nunc vel aliquo jure hereditario pot- ...... Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui mihi et heredibus meis vel assignatis meis unum denarium argenti ad festum Sti

MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum herietis releviis et pro omnibus secularibus demandis. Pro hiis autem donatione concessione et carte mee confirmacione mihi dedit predictus MILO quadraginta solidos argenti in recognitione. Ego vero predictus WILLIELMUS filius ROGERI aucupis et heredes mei vel assignati mei predicto MILONI de REIGNY et heredibus vel assignatis suis totum predictum tenementum cum omnibus predictis pertinenciis suis pro predicto redditu secundum formam in omnibus prescriptam contra omnes gentes in perpetuum warantizabimus defendemus et acquietabimus. Et ut mea donatio concessio et carte mee confirmacio rate et stabiles in posterum permaneant hanc presentam cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino WALTERO de SULLIA domino ROBERTO de SOMERY WILLIELMO de REGNY ROBERTO GOUL GALFRIDO filio PETRI PHILIPPO THURGOUD WILLIELMO AYLWARD ADA filio DANIELIS BERD et aliis.

CLXVI.

CARTA WILLELMI PEYTO.

[ADD: CHART: 24. 252.]

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit WILLELMUS PEYTO filius WILLELMI de ANGLIA salutem in Domino. Noveritis me concessisse remisisse et pro me et heredibus meis vel assignatis meis quietum clamasse MILONI de REYNI et heredibus suis vel assignatis suis totam terram jacentem [super] CALUMB in feodo de COGAN quam.........dicto MILONI per cartam suam pro septem solidis in premanibus pagatis. Tenendam et habendam pro me et heredibus meis vel assignatis meis libere quiete pacifice integre et hereditarie in perpetuum sine aliquo retenimento mei vel meorum. Faciendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui debitum serviciis ejus capitalibus quantum ad dictam terram pertinent. Et quia volo quod ego predictus WILLELMUS et heredes mei vel assignati mei versus predictum

MILONEM et heredes suos vel assignatos suos aliquod jus vel clameum in dicta terra de CALUME decetero habere non poterimus in posterum huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus WALTERO de REYNI PHILIPPO POURGOT WALTERO de COGAN ALEXANDRO filio MAURICII MAURICIO filio YSAAC THOMA LONGO et aliis.

CLXVII.

CARTA ADAMI PANCHOUT,

[ADD: CHART: 24. 253.]

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM PANCHOUT dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO de REGNY quatuor acras terre arabilis de tenemento meo in feodo de DINASPOYS sicut jacent in una cultura videlicet inter viam regalem que itur a DINASPOYS versus COGAN et terram tunc ADE filii YSAAC VOCH quarum unum caput tendit se ad pratum tunc predicti ADE et alterum caput ad montem. Tenendas et habendas de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati sui scilicet unum denarium in festo beati MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum et demandis secularibus. Pro hiis autem donatione concessione et sigilli mei confirmatione dedit mihi predictus WILLELMUS viginti solidos et sex denarios in recognitione. Ego vero predictus ADAM PANCHOUT et heredes mei predicto WILLEMO de REGNY et heredibus suis vel assignatis prenominatas quatuor acras contra omnes homines et feminas inperpetuum warantizabimus et defendemus. Et ut mea donatio concessio et sigilli mei confirmatio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli impressione roboravi. Hiis testibus domino ROBERTO de............WILLELMO de BARRI HENRICO de CLAUT' WALTERO de REGNY ADAM filio DANIELIS [BERT] ADAMA filio YSAAC VOCH......... ELIA de SANCTO MICHAELE et multis aliis.

CLXVIII.

CARTA ADAMI FILII ADAMI YSAAC VOCH.

[ADD: CHART: 24. 254.]

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM filius ADE YSAAC VOCH......dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi MILONI de REIGNY tres acras terre et dimidiam acram terre arabilis et unam acram prati cum omnibus pertinenciis suis de libero tenemento meo in feodo de DINASPOYS. Que quidem predicte tres acre et dimidia acra terre jacent sub una cultura infra terram que vocatur BRECHE et proximiorem terram tunc ADE filii DANIELIS BERD versus occidentem et terram meam versus orientem unde unum caput se tendit versus borialem usque ad FFONYLONDE et alterum caput versus meridiem usque apud LA LAKE. Predicta acra terre prati cum pertinenciis jacet [infra] pratum meum et proximiorem terram que vocatur MALTELONDE versus occidentem unde unum caput tendit se versus orientem ad pratum tunc WALTERI de COGAN et versus occidentem ad primum quod est meum. Tenenda et habenda de me et heredibus meis vel assignatis meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et jure hereditario inperpetuum in viis in semitis et pasturis et aisiamentis et in omnibus libertatibus. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui mihi et heredibus meis vel assignatis meis sex denarios argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum consuetudinibus et omnibus aliis secularibus demandis. Pro hiis autem donatione concessione et carte mee confirmatione predictus MILO mihi dedit quadraginta et quatuor solidos sterlingorum premanibus. Ego vero predictus ADAM filius ADE YSAAC VOCH.....................et heredes mei vel assignati mei predicto MILONI de REIGNY et heredibus suis vel assignatis suis predictas tres acras et dimidiam acram terre et predictam acram terre prati cum omnibus pertinenciis suis per metas et bundas sicut divise sunt pro predicto redditu et secundum formam in omnibus prescriptam contra omnes gentes inperpetuum warantizabimus

defendemus et acquietabimus. Et ut mea donatio concessio et hujus presentis carte mee confirmatio rate et stabiles inposterum permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino WALTERO de SULLIA domino ROBERTO de SUMERY WILLELMO de REGNY WILLELMO de BARRY WALTERO de REGNY WILLELMO filio AYLWARD ADA filio DANIEL WILLELMO filio ROGERI aucupis WALTERO de COGAN et aliis.

CLXIX.

CARTA ADAMI FILII ADE YSAAC MILONI DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 255.]

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM filius ADE YSAAC de DINASPOWIS dedi concessi etc......ac pro me et heredibus meis inperpetuum quietum clamavi MILONI de REIGNY et heredibus suis et assignatis suis annuum redditum decem denariorum quem recipere consuevi de ADA DANYEL pro tribus acris terre arabilis et dimidia acra prati quas tenet de libero tenemento meo in feodo de DINASPOWIS quarum una acra jacet in parte occidentali de la WESTBRECHE juxta terram quondam ROBERTI le Chasure et secunda acra extendit se ad fontem qui vocatur YSAACKS WELL ad unum caput in parte occidentali et tercia acra jacet in australiori BRECHE unde unum caput extendi se ad GRICE SOLIDE in parte australi et dimidia acra prati jacet apud PULLIVI. Tenendum et habendum predictum redditum cum omnibus escaetis que inde possint provenire dicto MILONI et heredibus et assignatis suis ad percipiendum annuatim de dicto ADA DANYEL et heredibus suis ad duos terminos anni videlicet in festo nativitatis beati JOHANNIS baptiste quinque denarios et in festo beati MICHAELIS quinque denarios. Pro hac autem donacione concessione et quieta clamacione remisit mihi et heredibus meis et presenti scripto quietum clamavit predictus MILO pro se et heredibus suis tres acras et dimidiam terre arabilis que quondam de

me tenuit jacentes in occidentali parte de la BRECHE juxta terram meam. Et ego vero predictus ADAM YSAAC perdonavi et pro me et heredibus meis inperpetuum quietum clamavi dicto MILONI et heredibus et assignatis suis annuum redditum sex denariorum quem mihi solvere solebat pro predictis tribus acris et dimidia terre quas nunc mihi et heredibus meis quietum clamavit et pro una acra prati quam predictus MILO sibi et heredibus et assignatis suis inperpetuum retinet prout testatur in carta inde sibi confecta quod ut ratum et stabile inperpetuum permaneat huic presenti carta sigillum apposui. Hiis testibus WALTERO de REGNY PHILIPPO PAEN RICARDO de COGAN WALTERO de COGAN WILLELMO filio RICARDI ALEXANDRO ROBERTO PICKET RICARDO filio GALFRIDI PETRO et aliis.

CLXX.

CARTA ADAMI ET JOHANNE KENE MILONI DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 256.]

Sciant etc......quod nos ADAM KENE de WYLINETONE et JOHANNA uxor mea filia et heres MASSI le TAILLUR de DINASPOWIS dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus et pro nobis et heredibus nostris inperpetuum quiete clamavimus totum mansum nostrum cum curtillo cum una acra terre que jacet ad dictum mansum et cum omnibus aliis pertinenciis in DINASPOWIS MILONI de REGNY et heredibus suis vel suis assignatis. Habenda et tenenda omnia predicta pro nobis et heredibus nostris libere quiete pacifice integre hereditarie et sine aliquo retinemento nobis vel heredibus nostris. Reddendo inde annuatim ipse MILO et heredes vel sui assignati capitali domino duodecim denarios ad duos anni terminos videlicet ad festum Sancti MICHAELIS sex denarios et ad festum beati JOHANNIS baptiste sex denarios et in autumpno unum hominem per unum diem ad metendum ad cibum domini pro essaiamento. Habendo infra terram domini

sicut liberos tenentes hunc in manerio de DINASPOWIS pro omnibus serviciis querelis sectis consuetudinibus et omnibus aliis secularibus demandis. Nos vero predicti ADAM KENE et JOHANNA uxor mea filia et heres MASSI le TAILLUR et heredes nostri......MILONI de REGNY et heredibus suis vel eorum assignatis predictum mansum cum curtillo cum quadam [acra terre] et omnibus aliis pertinenciis secundum formam prescriptam inperpetuum warantizabimus acquietabimus et defendemus. Pro hiis autem donacione concessione et carte hujus confirmacione et quieta clamacione predictus MILO nobis dedit premanibus viginti solidos argenti. In hujus rei testimonium huic presenti carte sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus WALTERO de REGNY WALTERO de GLOUCESTERE PHILIPPO PAYN RICARDO de COGAN JOHANNE de GRENE JOHANNE de REYNY PHILIPPO TURGOT et aliis.

CLXXI.

CARTA ADAMI FILII YSAAC.

[ADD: CHART: 24. 257.]

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM filius YSAAC dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de REGNY de libero tenemento meo in DINASPOYS dimidiam acram prati que jacet in WYGEMOR unum caput tendit se ad rivuletam de PULKERRI et alterum caput tendit se versus orientem ad pratum quod RICARDUS filius HUBERTI tunc tenuit. Tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et jure hereditario. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui mihi et heredibus meis unum denarium in festo beati MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum et demandis secularibus. Ego autem prenominatus ADAM et heredes mei predicto WALTERO et heredibus suis vel assignatis suis prefatam acram et dimidiam prati contra omnes homines et feminas inperpetuum warantizabimus et defendemus. Pro hac autem

donatione concessione et hac sigilli mei confirmatione dedit mihi predictus WALTERUS unam marcam argenti. Et ut hec mea donatio concessio et confirmatio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino ROBERTO de SOMERY WILLELMO FLANDR' HENRICO de GLOUC' ADA filio DANIELIS WILLELMO filio AILWARDI RICARDO filio ALEXANDRI WILLELMO filio HORRI et multis aliis.

CLXXII.

CARTA ADAM FILII DANIELIS BERD WALTERO DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 258.]

Sciant etc quod ego ADAM filius DANIELIS BERD dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi unam acram et dimidiam prati cum pertinenciis suis de libero tenemento meo in manerio de DINASPOYS WALTERO de REGNY quod quidem pratum jacet in tribus locis scilicet una dimidia acra jacet juxta pratum quod dictus WALTERUS emit aliquo ADA filio YSAAC VOCH. Unum capud extendit se ad rivulum de PULKIRI alterum capud extendit se versus orientem usque ad quandam parvam fossam. Altera dimidia acra jacet juxta pratum tunc WALTERI SEREBERD unde unum capud extendit se ad dictum rivulum de PULKIRI et alterum capud extendit se ad dictam parvam fossam. Tercia vero particula prati jacet in longitudine juxta PULKIRI et vocata [est] Anglice YE SPLOT. Tenendum et habendum totum predictum pratum cum omnibus pertinenciis suis de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati sui ad festum sancti MICHAELIS unum obolum pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum auxiliis releviis herietis et omnibus aliis secularibus demandis. Ego vero predictus ADAM et heredes mei totum predictum pratum cum etc.........predicto WALTERO de REGNY et

etc.........contra omnes etc.........inperpetuum warantizare acquietare et defendere debemus. Pro hiis donacione concessione et carte mee warantizatione dedit mihi predictus WALTERUS REGNY quadraginta solidos esterlingorum premanibus in ingressu. Et ut hec mea donacio concessio et carte mee confirmacio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino ROBERTO de SOMERY WILLIELMO de REGNY RICARDO de COGAN WALTERO de COGAN WILLIELMO filio AILWARDI ADA filio ADE ADA de PENCOTERI et multis aliis.

CLXXIII.

CARTA PHILIPPI FILII SIMONIS WALTERO DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 259.]

Sciant etc......quod ego PHILIPPUS filius SIMONIS de DINASPOWIS dedi etc...... WALTERO de REGNY unam acram prati cum pertinenciis suis de libero tenemento meo in manerio de DINASPOWIS. Quod quidem pratum jacet in quodam loco qui vocatur LAN BRUNSTE juxta pratum [olim?] WILLELMI filii HUBBI. Tenenda et habenda de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati unam rosam in festo nativitatis beati JOHANNIS baptiste pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum et demandis secularibus. Ego vero predictus PHILIPPUS et heredes mei predictam acram prati cum pertinenciis suis predicto WALTERO de REGNY et heredibus suis vel assignatis suis inperpetuum contra etc etc.........In hujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus domino ROBERTO de SOMERY WILLELMO de REGNY WILLELMO de BARR[Y] RICARDO de COGAN ADA de PENCOCERY WILLELMO filio AILWARDI ADA filio DANIELIS et multis aliis.

CLXXIV.

CARTA WALTERI DE DYNAS POYS CARPENTARII.

[ADD: CHART: 24. 260.]

Sciant presentes et futuri quod ego WALTERUS carpentarius de DYNAS POYS dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de REYNY dimidiam acram prati cum pertinenciis suis de libero tenemento meo in manerio de DYNAS POYS. Que quidem dimidia acra prati jacet in PAPELMORE scilicet inter pratum tunc WALTERI filii DAVID et pratum ELYE filii RICARDI filii PERIS unde unum capud extendit se versus BURGELEYS alterum capud extendit etc......ad terram WALLENSIUM. Habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim meo et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati unam rosam ad festum nativitatis beati JOHANNIS baptiste pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum auxiliis releviis herietis et omnibus aliis secularibus demandis. Pro hiis autem donatione concessione et carte mee confirmacione dedit mihi predictus WALTERUS de REYNY decem solidos sterlingorum in ingressu. Et ego predictus WALTERUS carpentarius et heredes mei prenominatam dimidiam acram prati cum pertinenciis suis predicto WALTERO de REYNY et heredibus suis vel assignatis suis in perpetuum contra omnes homines et feminas warantizare acquietare et defendere debemus. Et ut hec mea donatio concessio et carte mee confirmacio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus Domino ROBERTO de SOMERY WILLELMO de REYNY PHILIPPO le SOR WILLELMO de BARRY RICARDO de COGAN ADA filio DANIEL WILLELMO filio AILWARDI et multis aliis.

CLXXV.

CARTA WILL: FILII CHRISTOPHERI WALTERO DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 261.]

Sciant presentes et futuri quod egò WILLELMUS filius Christopheri capel-

lani dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de REGNY dimidiam acram prati cum pertinenciis suis de libero tenemento meo in manerio de DINASPOYS. Que quidem dimidia acra cum pertinenciis suis jacet juxta pratum persone Sti ANDREE de DINASPOYS scilicet ex parte orientali. Tenendam et habendam de me et heredibus meis vel assignatis meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vel assignatis meis unam rosam in festo nativitatis beati JOHANNIS baptiste pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum et demandis secularibus. Pro hiis autem donatione concessione et carte mee confirmatione dedit [michi] predictus WALTERUS de REGNY decem solidos sterlingorum premanibus in ingressu. Ego vero prefatus filius CHRISTOPHERI et heredes mei vel assignati predictam dimidiam acram prati cum pertinenciis predicto WALTERO de REGNY et heredibus suis vel assignatis suis inperpetuum contra omnes homines et feminas warantizare acquietare et defendere debemus. Et ut hec mea donatio concessio et carte mee confirmacio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino ROBERTO de SOMERY WILLELMO de BARRY RICARDO de COGAN WALTERO de COGAN WILLELMO filio ALWARDI et multis aliis.

CLXXVI.

CARTA WALTERI DE REGNY JOHANNI DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 262.]

Sciant presentes et futuri quod ego WALTERUS de REGNY dominus de MICHELSTOWE dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI de REGNY unam acram et quartam partem unius acre prati cum pertinenciis in feodo de DINASPOWIS una vero dimidia acra de prato predicto jacet apud LANGESTONE et fuit quondam CHRISTOPHERI capellani et dimidia acra cum

[quarta?] parte unius acre jacet in prato......dicitur PAPELMORE que quondam OWEN tenuit. Habendum et tenendum de me et heredibus meis vel assignatis libere quiete bene pacifice integre jure et hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim.........et heredes sui vel assignati dimidiam libram cere ad altare Sti NICHOLAI et in vigilia ejusdem festi in ecclesia de MICHELSTOWE et Hospitali Sti JOHANNIS de JERUSALEM pro anima sua et pro animabus antecessorum et successorum meorum tres denarios in die palmarum in ecclesia de MICHELSTOWE duobus parochianis ejusdem ecclesie et quod ipsi solvent dictos tres denarios in die absolutionis dicto HOSPITALI de JERUSALEM pro omnibus serviciis secularibus et demandis. Et si dictus JOHANNES vel heredes sui vel assignati in solutione dicti redditus terminis prescriptis cessaverit volo quod rector ecclesie de MICHELSTOWE qui pro tempore fuerit possit ingredi possessionem dicti prati [sine] omni exceptione remitta et contradictione. Et ego vero predictus WALTERUS de REGNY et heredes mei vel assignati totum predictum pratum cum pertinenciis dicto JOHANNI de REGNY et heredibus suis vel assignatis contra omnes mortales warantizabimus et inperpetuum defendemus. Ut hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio rate stabilis et illese permaneant inperpetuum hanc presentme cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus PHILIPPO PAYN WILLELMO GREY ROBERTO THURGOD JOHANNE de la GRENE JOHANNE de COGAN et aliis.

CLXXVII.

CONVENTIO INTER ROBERTUM FIL: W: SELIMAN ET JOHANNEM FIL: JOHANNIS.

[ADD: CHART: 24. 264.]

Hec est conventio facta inter ROBERTUM filium WALTERI SELIMAN de KARDIF ex una parte et JOHANNEM filium JOHANNIS filii WILLELMI de LANDILT ex altera videlicet quod dictus ROBERTUS tradidit et dimisit dicto JOHANNI

burgagium suum de KARDIF cum edificiis et aliis pertinenciis suis quod jacet inter burgagium quondam ROBERTI RUMBOLD et burgagium RICARDI CRISPI et quinque acras prati in ESTMORE quod appellatur STOCKECROFT cum pertinenciis suis in vadium et contra plegium pro viginti et quinque marcis quas idem JOHANNES dicto ROBERTO in urgente negocio suo pacavit premanibus. Tenendum et habendum eidem JOHANNI vel heredibus suis sive assignatis suis dicta burgagium et terram libere et quiete bene et in pace quousque dictus ROBERTUS et heredes sui GRICIA scilicet uxore sua sorore dicti JOHANNIS procreati predictas viginti et quinque marcas dicto JOHANNI et heredibus suis vel assignatis suis plenarie persolverint. Reddendo inde annuatim eidem ROBERTO et prenominatis suis vel heredibus suis dictus JOHANNES et heredes sui sive assignati decem solidos ad quatuor anni terminos redditum reddendi statutos pro omni servicio et exactione exceptis duobus solidis inde debitis comiti GLOUCESTRIE et domino abbati de KEINESHAM annuatim debitis. Ita scilicet quod si dictus JOHANNES vel heredes sui sive assignati aliquid ultra dictum redditum et ultra sustentacionem et emendacionem dictorum burgagii et prati libere et quiete perceperint idem in solutionem dictarum viginti et quinque marcarum pro contingente in legale veredictum illorum computetur. Si vero nichil inde perceperint casu contingente nichil eis computetur nec aliquis ab eis erigatur redditus salvo tunc eidem ROBERTO et prenominatis heredibus suis in dicto burgagio aisiamento...si habuerunt et ad oram retiam premunierunt in redditu cum suo pro contingente si redditum reddere contigit computato. Et si contingat quod dictus ROBERTUS ante solutionem dicte pecunie heredes de dicta GRICIA uxore sua non habuerit apparentes ad quos dictum burgagium et pratum debeant vel possint revertere, concessit dictus ROBERTUS dictum burgagium et pratum cum pertinenciis suis tenendum et habendum dicto JOHANNI et heredibus suis sive assignatis in feodo et hereditate nisi alii heredes ejusdem ROBERTI quicunque fuerint infra annum integre post ejusdem ROBERTI obitum plenarie completum predictas viginti

et quinque marcas una cum triginta marcis quas idem Johannes Willelmo Mareis fratri dicti Roberti ad dictum burgagium et pratum acquietandum pacavit dicto Johanni et heredibus suis sive assignatis plenarie persolverint pro redditu duorum solidorum capitalibus dominis feodorum ut predictum est et unum libere cumini eisdem heredibus annuatim solvendorum. Salvo tunc predicto Roberto redditum superius scriptum et modo predicto de dicto Johanne et heredibus suis sive assignatis annuatim quam diu vixerit percipiendo. Et ut hec convencio firmiter obligetur et integre dicti Robertus et Johannes presenti scripto ad modum cyrographi confecto sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus domino Willelmo de Sta Elena tunc vicecomite Glamorgan dominis Waltero de Sullia et Gilberto de Dunfrevile et Rogero de Reniny militibus Willelmo Flandre Thoma de Hodeneth Henrico Odin Thoma Crispo Seliman Lude Roberto Godard Ricardo de Penhard et aliis.

CLXXVIII.

CARTA ROGERI DE GLOUCESTRIA OWENO SACERDOTI.

[Add: Chart: 24. 266.]

Sciant presentes etc......quod ego Rogerus de Gloucestria dedi et concessi et hac presenti carte mee confirmavi Oweno sacerdoti de Sto Michaele totam terram quam Galfridus pater ejus tenuit cum hameletis que jacent intra terram illam super Kennon et Brenyow et sicut extendent usque ad aquam de Kennow et Brenyow et cum pendente que jacet in occidentali parte terre arabilis jacentis super Kennow que fuit ejusdem Galfridi et a capite illius terre quo scilicet stat quidam magnus lapis tendit versus occidentem juxta viam que itur apud Wrenchestow et Michelestowe usque ad partem occidentalem parvi fossati cujus unum capud jacet versus partem borealem et alterum versus partem australem in cujus parte occidentali

stat quedam alba spina et extendit ad dictam pendentem versus partem australem usque ad KENYOKE secundum scilicet obliquitatem magnam versus occidentem et cum grava que jacet in capite cujusdam partis dicte terre que scilicet pars appellatur WALRSELOND et secundum latitudinem ejusdem tendit contra montem usque ad locum qui dicitur YE LIMEPET cum omnibus pertinenciis. Tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et quibus eam assignare voluerit et assignatorum assignatis libere quiete pacifice inperpetuum et sine gravamine in bosco et plano in pascuis et pasturis in viis et semitis. Reddendo inde mihi et heredibus meis singulis annis quadraginta denarios ad quatuor anni terminos videlicet ad festum Sti MICHAELIS decem denarios ad nativitatem Domini decem denarios ad Pascha decem denarios ad nativitatem Sti JOHANNIS decem denarios pro omni servicio et seculari exactione et demanda salvo servicio domini Regis ad tantam terram pertinente. Ego vero ROGERUS et heredes mei dictam terram cum dictis hameletis et tota dicta pendente et cum dicta grava cum omnibus pertinenciis dicto OWENO et quibus assignare voluerit et assignatorum assignatis contra omnes homines et omnes feminas inperpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio inperpetuum firma consistat eam presenti scripto et sigilli mei testimonio confirmavi. Hiis testibus domino WILLELMO LESOR RICARDO FLANDRE domino WILLELMO de RESNI ADA de SUMERI RADULFO de OILLI NICOL: LAND: ecclesie thesaurario GILBERTO capellano PETRO CRISPO WALTERO de LANBLETHIAN clerico WALTERO capellano et multis aliis.

CLXXIX.

CARTA JOH'IS FILII RAD: WILLELMO LE FFRIE ET HAVIS: UX'S EJUS.

[ADD: CHART: 24. 267.]

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES filius RADULPHI de LANDEBIR'

dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO le FFREIS et HAVISIE uxori ejus et eorum heredibus quatuor acras terre arabilis cum suis pertinenciis in feodo de LANDEBIR; Quarum acrarum duo acre jacent in cultura que vocatur BANBARYAN cujus unum capud tendit versus orientem super terram domini JOHANNIS de UNFREVILE et aliud capud versus occidentem super terram BNAYCH le CONT' et una acra iacet in cultura terre que vocatur BAYRPISTEL cujus unum capud tendit versus orientem super terram que vocatur CHOBCHEVBY et aliud capud tendit versus occidentem super terram HOWEL THORGOD et una acra jacet in cultura que vocatur HENDRES cujus unum capud tendit versus orientem super terram [quam] BNAYCH le CONT' quondam tenuit et aliud capud versus occidentem super terram JOHANNIS FAB'. Habendam et tenendam totam predictam terram de me et heredibus meis vel meis assignatis dicto WILLELMO et HAVISIE uxore ejus et eorum heredibus libere quiete bene pacifice integre jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim ipsi divisim vel conjunctim vel heredes et assignati predicti WILLELMI et uxoris ejus mihi et heredibus meis vel meis assignatis unum denarium ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio curiarum herietis wardis releviis et omnimodo aliis secularibus demandis que de aliqua parte terre [predicte haberi potuerunt] Pro hac donatione concessione et presente carte mee confirmatione dederunt mihi predicti WILLILMUS et HAVISIA centum solidos sterlingorum premanibus. Ego vero predictus JOHANNES et heredes vel assignati mei predictas quatuor acras cum omnibus pertinenciis suis predictis WILLELMO et HAVISIE uxori ejus vel eorum assignatis ejusdem contra omnes homines et foeminas warentizabimus [et] acquietabimus in perpetuum. Et ut hec donatio concessio et presente carta mea confirmatio rate stabiles in perpetuum permaneant hanc cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus HENRICO GIF' JOH'NE ap HOWELL CLEMENT de PISTEL MAURICIO CRADOC HOWEL CRADOC et multis aliis.

CLXXX.

CARTA DAVIDI FILII ROGERI ET SIBILLE FILIE JOHANNIS JOHANNI FILIO JOHANNIS FILII WILL' DE LANDILT.

[ADD: CHART: 24. 268.]

Sciant presentes et futuri quod ego DAVID filius ROGERI de LANDILT et ego SIBILLA filia JOHANNIS de LANDELWIT de mero consensu nostro et spontanea voluntate nostra dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus JOHANNI filio JOHANNIS filii WILLELMI de LANDILT duas acras et dimidiam terre arabilis cum pertinenciis suis de libero tenemento nostro de LANDELWIT scilicet que jacent continue inter terram PETRI fratris dicti JOHANNIS quam tenet de nobis in parte australi et terram quam ELENA de LANDELWIT tenuit nomine dotis in parte boriali quarum unum caput tendit versus orientem super divisam inter tenementum nostrum et tenementum RICARDI filii THOME ALBERD et relictum caput tendit versus occidentem super rivulum qui descendit de SUYPEDRILLE versus fontem de LANDELWIT. Tenendam et habendam de nobis et heredibus nostris dicto JOHANNI et heredibus suis vel assignatis libere et quiete bene et in pace jure hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris dictus JOHANNES et heredes sui vel assignati duos denarios argenti videlicet ad Pasche unum denarium et ad festum Sti MICHAELIS unum denarium pro omnibus serviciis querelis auxiliis sectis exactionibus et omnimodis quibuscumque demandis. Dedimus et concessimus dicto JOHANNI et heredibus suis vel assignatis marlam sufficientem de magna marlera nostra ad dictam terram marliandam. Pro hac autem nostra donatione et concessione et carte nostre confirmatione dedit nobis dictus JOHANNES in urgenti negotio nostro et communi voluntate nostra duas marcas et dimidiam premanibus in ingressum. Et nos DAVID et SIBILLA et heredes nostri dictas duas acras et dimidiam cum marla et aliis pertinentiis suis ut supra dictum est dicto JOHANNI et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines et feminas

warentizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec nostra donatio et concessio et carte nostre confirmatio certum et plenum robur optineat presentem cartam sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Hiis testibus domino ROBERTO le VEL tunc vicecomes de GLAMORGAN WILLELMO GHUSARD JOHANNE filio PETRI HAMUNDO SABHAM RICARDO filio THOME ALBERD HUGONE SYGIN GILBERTO de LANDELWIT et multis aliis.

CLXXXI.

CARTA ADAMI FILII P: ALEXANDI ALEXANDRO FIL: MAURICII DE LANDOGH.

[ADD: CHART: 24. 269.]

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM filius et heres PHILIPPI ALEXANDRI de LANDOCH assensu et voluntate ALICIE matris mee ac spontanea voluntate mea dedi concessi et inperpetuum pro me et heredibus meis quietum clamavi et presenti scripto confirmavi ALEXANDRO filio MAURICII de LANDOGH et CRISTINE matri sue pro quinque solidos esterlingorum quos mihi et matri mee dederunt premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui racione hereditatis predicti PHILIPPI patris mei in tota terra illa cum pertinenciis et libertatibus suis quam predicti ALEXANDRUS et CRISTINA tenent de hereditate quondam WALTERI TILLY avunculi mei filii ALEXANDRI de LANDOGH qui quondam eam tenuit de domino abbate et conventu de THEOK' in feodo de LANDOGH. Tenendam et habendam dictam terram cum suis pertinenciis et libertatibus predictis ALEXANDRO et CRISTINE et eorum heredibus vel assignatis aut quibuscunque eam dare vendere legare vel aliquo alio modo assignare voluerunt libere quiete quiete bene et in pace sine omni reclamatione mei aut heredum meorum inperpetuum. Reddendo et faciendo inde annuatim capitali domino feodi debitum redditum et ser-

vicium consuetum de dicto tenemento. Et MILONI de REGNY et heredibus suis vel assignatis unum denarium argenti annuatim in festo Sancti MICHAELIS pro omni servicio seculari . exactione et demanda. Quod ne in posterum devotetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo predicte ALICIE matris mee est appensum. Hiis testibus WALTERO de REGNY PHILIPPO PAEN WALTERO de COGAN PHILIPPO THURGOD THOMA LONGO ROBERTO le FLEMISH et aliis.

CLXXXII.

CARTA ADAMI FIL: P: ALEXANDI STEPHANO DE SANCTO HILLARIO.

[ADD: CHART: 24. 270.]

Sciant presentes quod ego ADAM filius et heres PHILIPPI ALEXANDRI de LANDOGH assensu et voluntate ALICIE matris mee ac spontanea voluntate mea dedi concessi et inperpetuum pro me et heredes mei quietum clamavi et presenti scripto confirmavi STEPHANO de SANCTO HILLARIO pro septem solidis et sex denariis esterlingorum quos michi et matri mee dedit premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui racione hereditatis predicti PHILIPPI patris mei tota terra illa cum pertinentiis et libertatibus suis quam WALTERUS TILLY avunculus meis filius ALEXANDRI de LANDOGH quondam tenuit de domino abbate et conventu de Theok' in feodo de LANDOGH. Tenendam et habendam dictam terram cum suis pertinenciis et libertatibus predicto STEPHANO et suis heredibus vel assignatis aut cuicunque et quandocunque eam dare vendere legare vel aliquo modo assignare voluerunt libere quiete bene et in pace sine omni reclamatione mei aut heredum meorum inperpetuum. Reddendo inde annuatim capitali domino feodi debitum redditum et servicium consuetum de dicto tenemento. Et MILONI de REGNY et heredibus suis vel assignatis unum denarium argenti in festo sancti MICHAELIS pro omni servicio seculari exactione et

demanda. Quod ne in posterum devotetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo predicte Alicie matris mee est appensum. Hiis testibus WALTERO de REGNI PHILIPPO PAEN WALTERO de COGAN PHILIPPO THURGOD THOMA LONGO NICHOLAO de PENNARD RICARDO RUMBOLD ROBERTO le FLEMISH et aliis.

CLXXXIII.

CARTA STEPHANI DE STO HYLARIO MYLONI DE REGNNY.

[ADD: CHART: 24. 271.] 1272.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego STEPHANUS de SANCTO HYLARIO dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi MYLONI de REGNNY tres acras terre arabilis quas habui in feodo de LANDOCH infra culturam que vocatur LANGETONE que iacent inter viam regalem que ducit versus PENNARD et terram dicti MYLONIS pro duabus marcis et dimidia esterlingorum mihi in urgenti negotio meo premanibus persolutis. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis libere et quiete integre et bene in pace et honorifice in omnibus locis cum omnibus aisiamentis libertatibus et liberis consuetudinibus dicte terre pertinentibus vel pertinere potentibus absque ullo mei vel heredum [meorum] retenemento. Reddendo inde annuatim de se et heredibus suis vel suis assignatis domino capitali qui pro tempore fuerit novem denarios ad duos anni terminos videlicet ad festum beati MICHAELIS quatuor denarios et obolum et ad festum nativitatis beati JOHANNIS baptiste quatuor denarios et obolum pro omni servicio exactione et demanda. Et ego STEPHANUS de Sto HYLARIO et heredes mei dictas tres acras terre arabilis cum omnibus suis pertinenciis prout prenominatum est dicto MYLONI et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum warantizabimus acquietabimus et defendemus. Et ut hec mea donatio et concessio rata sit et firma presenti carte sigilli

mei impressionem duxi apponendam. Hiis testibus WALTERO de REGNNY PHILIPPO PAYN PHILIPPO THURGOD ALEXANDRO fiilio MAURICII WILLELMO PEYTO ROBBERTO FLEMIS HOWEL TURGOD et aliis. Datum apud KARDIF octavo die mensis Junii anno regni Regis HENRICI filii JOHANNIS Regis quinquagesimo sexto.

CLXXXIV.

CARTA ADAMI FIL: PHIL: ALEXANDRI MILONI DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 272.]

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM filius et heres PHILIPPI ALEXANDRI de LANDOGH assensu et voluntate ALICIE matris me ac spontanea voluntate mea dedi concessi et inperpetuum pro me et heredibus meis quietum clamavi et presenti scripto confirmavi MILONI de REGNY pro decem solidos esterlingorum quos mihi et matri mee dedit premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui racione hereditatis predicti PHILIPPI patris mei in toto tenemento terre cum manso et cum pertinenciis et libertatibus suis quod WALTERUS TILLY avunculus meus filius ALEXANDRI LANDOGH quondam tenuit de domino abbate et conventu de THEOK' in feodo de LANDOGH. Tenendam et habendam predictam terram cum manso et omnibus suis pertinenciis et libertatibus suis sine aliquo diminutione predicto MILONI et heredibus et assignatis suis aut cuicunque et quandocunque eam in toto vel in parte dare vendere legare assignare vel aliquo modo alienare voluerit in quocumque statu fuerit vite sue libere quiete bene in pace integre et hereditario sine omni reclamatione mei aut heredum meorum inperpetuum. Reddendo et faciendo inde annuatim capitali domino feodi ....redditum et servicium consuetum de dicto tenemento. Preterea dedi et concessi predicto MILONI et heredibus suis vel assignatis......nd...... in festo sancti MICHAELIS annuatim unum denarium argenti de ALEXANDRO

demanda. Quod ne in posterum devotetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo predicte Alicie matris mee est appensum. Hiis testibus WALTERO de REGNI PHILIPPO PAEN WALTERO de COGAN PHILIPPO THURGOD THOMA LONGO NICHOLAO de PENNARD RICARDO RUMBOLD ROBERTO le FLEMISH et aliis.

CLXXXIII.

CARTA STEPHANI DE STO HYLARIO MYLONI DE REGNNY.

[ADD: CHART: 24. 271.] 1272.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego STEPHANUS de SANCTO HYLARIO dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi MYLONI de REGNNY tres acras terre arabilis quas habui in feodo de LANDOCH infra culturam que vocatur LANGETONE que iacent inter viam regalem que ducit versus PENNARD et terram dicti MYLONIS pro duabus marcis et dimidia esterlingorum mihi in urgenti negotio meo premanibus persolutis. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis libere et quiete integre et bene in pace et honorifice in omnibus locis cum omnibus aisiamentis libertatibus et liberis consuetudinibus dicte terre pertinentibus vel pertinere potentibus absque ullo mei vel heredum [meorum] retenemento. Reddendo inde annuatim de se et heredibus suis vel suis assignatis domino capitali qui pro tempore fuerit novem denarios ad duos anni terminos videlicet ad festum beati MICHAELIS quatuor denarios et obolum et ad festum nativitatis beati JOHANNIS baptiste quatuor denarios et obolum pro omni servicio exactione et demanda. Et ego STEPHANUS de Sto HYLARIO et heredes mei dictas tres acras terre arabilis cum omnibus suis pertinenciis prout prenominatum est dicto MYLONI et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum warantizabimus acquietabimus et defendemus. Et ut hec mea donatio et concessio rata sit et firma presenti carte sigilli

mei impressionem duxi apponendam. Hiis testibus Walterо de Regnny Philippo Payn Philippo Thurgod Alexandro fillio Mauricii Willelmo Peyto Roberto Flemis Howel Turgod et aliis. Datum apud Kardif octavo die mensis Junii anno regni Regis Henrici filii Johannis Regis quinquagesimo sexto.

CLXXXIV.

CARTA ADAMI FIL: PHIL: ALEXANDRI MILONI DE REGNY.

[Add: Chart: 24. 272.]

Sciant presentes et futuri quod ego Adam filius et heres Philippi Alexandri de Landogh assensu et voluntate Alicie matris me ac spontanea voluntate mea dedi concessi et inperpetuum pro me et heredibus meis quietum clamavi et presenti scripto confirmavi Miloni de Regny pro decem solidos esterlingorum quos mihi et matri mee dedit premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui racione hereditatis predicti Philippi patris mei in toto tenemento terre cum manso et cum pertinenciis et libertatibus suis quod Walterus Tilly avunculus meus filius Alexandri Landogh quondam tenuit de domino abbate et conventu de Theok' in feodo de Landogh. Tenendam et habendam predictam terram cum manso et omnibus suis pertinenciis et libertatibus suis sine aliquo diminutione predicto Miloni et heredibus et assignatis suis aut cuicunque et quandocunque eam in toto vel in parte dare vendere legare assignare vel aliquo modo alienare voluerit in quocumque statu fuerit vite sue libere quiete bene in pace integre et hereditario sine omni reclamatione mei aut heredum meorum inperpetuum. Reddendo et faciendo inde annuatim capitali domino feodi ....redditum et servicium consuetum de dicto tenemento. Preterea dedi et concessi predicto Miloni et heredibus suis vel assignatis......nd...... in festo sancti Michaelis annuatim unum denarium argenti de Alexandro

filio MAURICII et CRISTINA matre sua et eorum heredibus vel assignatis. Et unum denarium argenti de YSAAC de LANDOCH et unum denarium de STEPHANO de SANCTO HILLARIO et eorum heredibus vel assignatis pro omnimodo demandis. Et predicta ALICIA mater mea presenti scripto remissit et quietum clamavit predicto MILONI et heredibus suis vel assignatis totam actionem et demandam quam habuit racione dotis in predictam terram cum omnibus suis pertinenciis. Quod ne in posterum devotetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo ALICIE matris mee est appensum. Hiis testibus WALTERO de B[EGNY] PHILIPPO PAEN WALTERO de COGAN PHILIPPO THURGOD RICARDO filio GALFRIDI PET' THOMA LONGO ROBERTO FLEMISH NICHOLAO de PENARD RICARDO RUMBOLD et aliis.

CLXXXV.

CARTA ADAMI FIL: PHILIPPI ALEXANDRI YSAAC DE LANDOGH.

[ADD: CHART: 24. 273.]

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM filius et heres PHILIPPI ALEXANDRI de LANDOGH assensu et voluntate ALICIE matris mee ac spontanea voluntate mea dedi concessi et inperpetuum pro me et heredibus meis quietum clamavi et presenti scripto confirmavi YSAAC de LANDOGH pro septem solidos et sex denarios esterlingorum quos mihi et matri mee dedit premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui ratione hereditatis predicti PHILIPPI patris mei de tota terra illa cum pertinenciis et libertatibus suis quam predictus YSAAC de LANDOGH tenet de hereditate quondam WALTERI TILLY avunculi mei filii ALEXANDRI de LANDOGH [quam] quondam tenuit de domino abbate et conventu de THEOK' in feodo de LANDOGH. Tenendam et habendam dictam terram cum suis pertinenciis et libertatibus

suis predicto Ysaac et heredibus et assignatis suis aut cuicunque et quandocunque eam in toto vel in parte dare vendere legare assignare vel aliquo modo alienare voluerit in quocumque statu fuerit vite sue libere quiete bene et in pace sine omni reclamatione mei aut heredum meorum inperpetuum. Reddendo et faciendo inde capitali domino feodi debitum redditum et servicium consuetum de dicto tenemento et Miloni de Regni heredibus suis vel assignatis unum denarium argenti in festo sancti Michaelis annuatim pro omni servicio seculari exactione et demanda. Quod ne in posterum devotetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo predicte Alicie matris mee est appensum. Hiis testibus Waltero de Regni Philippo Paen Waltero de Cogan Philippo Turgod Thoma Longo Radulpho Sude Ricardo Rumbold et aliis.

CLXXXVI.

CARTA ADAMI FIL: P: ALEXANDRI MILONI DE REGNY.

[Add: Chart: 24. 274.]

Sciant presentes et futuri quod ego Adam filius et heres Philippi Alexandri de Landogh assensu et voluntate Alicie matris mee ac spontanea voluntate mei dedi concessi et in perpetuum pro me et heredibus meis quietum clamavi et presenti scripto confirmavi Miloni de Regny pro viginti solidos esterlingorum quas mihi et matri mee dedit premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui racione hereditatis predicti Philippi patris mei in quinque acris terre cum manso cum pertinenciis et libertatibus suis quas Walterus Tylly avunculus meus quondam tenuit de domino abbate et conventu de Theok' in villa de Landogh. Tenendam et habendam predictam terram cum manso et omnibus suis pertinenciis et libertatibus suis sine diminutione aliquo predicto Miloni et heredibus et assignatis suis aut cuicunque et quandocunque eam in toto vel in parte dare vendere legare assignare vel alio modo alienare voluerit in

quocumque statu fuerit vite sue libere quiete bene in pace integre et hereditarie sine omni reclamatione mei aut heredum meorum inperpetuum. Reddendo et faciendo inde capitali domino feodi annuatim redditum servicium debitum et consuetum de dicto tenemento. Et predicta ALICIA mater mea presenti scripto remisit et quietum clamavit predicto MILONI et heredibus et assignatis suis totam actionem et demandam quam habuit nomine dotis in predicta terra cum omnibus suis pertinenciis. Quod ne in posterum devotetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo predicte ALICIE matris mee est appensum. Hiis testibus WALTERO de REGNY PHILIPPO PAEN WALTERO de COGAN RICARDO filio GALFRID PET' PHILIPPO TURGOD THOMA LONGO ROBERTO le FLEMISH et aliis.

CLXXXVII.

CARTE ADAMI FIL: THOME ET WENLIAN: MILONI DE REGNI.

[ADD: CHART: 24. 275.]

Sciant presentes et futuri quod nos ADAM filius THOME quondam capellanus de Sto NICHOLAO et WENLIANA filia PHILIPPI le KNYCH uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carte nostra confirmavimus et pro nobis et heredibus nostris quietum clamavimus MILONI de REGNI et heredibus suis vel assignatis totum mansum nostrum quod habuimus in LANDOCH et duas acras terre in eodem feodo cum omnibus suis pertinenciis que habuimus de hereditate dicte WENLIANE. Et iacet dictum mansum in orientali parte mansionis dicti MILONIS. Et dicte due acre cum pertinenciis jacent juxta terram que fuit CECILIE sororis dicte WENLIANE. Pro duabus marcis et dimidia argenti quas dictus MILO nobis in maxima et urgenti necessitate nostra donavit premanibus. Tenenda et habenda omnia predicta pro nobis et heredibus nostris vel assignatis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre jure hereditario sine aliquo retine-

mento nostri vel nostrorum successorum inperpetuum. Reddendo inde annuatim domino feodi in LANDOCH quatuor denarios argenti ad duos anni terminos scilicet ad nativitatem beati JOHANNIS baptiste ij denarios et ad festum sancti MICHAELIS ij denarios pro omnibus serviciis consuetudinibus querelis curie sectis wardis releviis herietis escaetis et omnibus aliis secularibus demandis que de terra exiguntur vel exigi poterint. Et nos predicti ADAM filius THOME et WENLIANA filia PHILIPPI le KNYCH et heredes nostri vel assignati predicto MILONI de REGNY et heredibus suis vel assignatis suis predictum mansum et totam predictam terram cum suis pertinentiis prout aliqua terra plenius liberius et melius possit dari secundum formam in omnibus prescriptam contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et inperpetuum defendemus. Et ut hec nostra donatio concessio et presentis carte nostre confirmatio et pro nobis et heredibus nostris quieta clamatio rate et stabiles inposterum permaneant et ad majorem securitatem faciendam huic presenti carte sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus WALTERO de REGNI WALTERO de COGAN PHILIPPO THURGOD THOMA THURGOD ALEXANDRO filio MAURICII WILLELMO PETTO ROBERTO FLANDRENSE et aliis.

CLXXXVIII.

CARTA ALEXANDRI DE LANDOGH WILLELMO THURGOTH.

[ADD: CHART: 24. 276.]

Sciant presentes et futuri quod ego ALEXANDER de LANDOCH dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO THURGOTH unam dimidiam acram terre arabilis cum suis pertinenciis de libero tenemento meo in feodo de LANDOCH cum YSONDA sorore mea in liberum maritagium que quidem dimidia acra jacet in campo apud LANKETON medietas vero illius dimidie acre tota circuitur terra YSAAC de LANDOCH parte quia caput boriale exten-

ditur ad terram HOWELI THURGOTH altera medietas simili modo circuitur terra ejusdem YSAAC parte qua caput australe extenditur ad terram secularem ecclesie de LANDOCH. Habendam et tenendam dictam dimidiam acram sibi et heredibus suis quos de dicta YSONDA suscitabit de me et heredibus meis vel assignatis libere quiete bene pacifice integre jure hereditario sine omni calumpnia et diminutione inperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis ipse et heredes sui vel assignati tres obolos ad festum sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis releviis herietis sectis curiarum wardis talliagiis consuetudinibus exactionibus et omnimodis demandis secularibus. Si vero dicta YSONDA soror mea sine heredibus de proprio corpore vel certo assignato decesserit tota dicta dimidia acra ad me et ad heredes meos sine omni impedimento revertetur. Ego vero dictus ALEXANDER et heredes mei predictam dimidiam acram dicto WILLELMO et heredibus suis quos de dicta YSONDA vero legitime procreabit contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hac mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio robur perpetue firmitatis optineat huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus MILONE de REGNI WALTERO de REGNI WALTERO de COGAN RICARDO filio GALFRIDI THOMA de LANDOCH et aliis.

CLXXXIX.

CARTA CECILIE FIL: ALEXANDRI DE LANDOCHE WALTERO PICKET.

[ADD: CHART: 24. 277.]

Sciant presentes et futuri quod ego CECILIA filia ALEXANDRI de LANDOCHE vendidi concessi [et] dimissi unam acram terre arabilis cum pertinentiis suis WALTERO PICKET et duos denarios redditus annui pro viginti solidis sterlingorum mihi premanibus pacatis. Que acra jacet in feodo de LANDOCHE

apud LANGETUNE et jacet inter terram quam ISAAC de LANDOCHE emit de me et terram quam dictus WALTERUS emit de me cujus acre caput boreale extenditur usque ad terram quam PHILIPPUS THURGOD emit de WALTERO KUNAN et caput ejus australe extenditur versus ad terram ALEXANDRI filii MAURICII quorum et duorum denariorum redditus annui unum denarium ISAAC de LANDOCH solvit annuatim in festo sancti MICHAELI mihi pro terra quam de me emit. Et unum obolum dictus ALEXANDER filius MAURICII solvit mihi annuatim scilicet in festo sancti MICHAELIS pro terra quam ipse emerat de me et unum obolum dictus WALTERUS PICKET solvere mihi annuatim ad festum sancti MICHAELIS consuevit pro terra quam ipse de me tenuit. Et in supra totum jus quod in dicta acra cum suis pertinenciis et in dictis duobus denariis redditus annui habui vel habere potui seu habere potero aliqua lege vel ratione me contingente eidem WALTERO et heredibus suis vel assignatis suis pro me et pro heredibus meis sine ullo retinemento quietum clamavi inperpetuum. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis vel assignatis suis de domino priore ecclesie beate MARIE de KARDIF et successoribus suis libere quiete bene integre pacifice sine gravamine inperpetuum. Reddendo inde annuatim dicto domino priori et successoribus suis tres denarios scilicet ad festum sancti JOHANNIS baptiste tres obolos ad festum sancti MICHAELIS tres obolos pro herieto relevio auxilio secta curie [et] pro omni servicio seculari exactione consuetudinibus et omnismodis demandis que de terra exiguntur vel exigi poterunt. Ego vero predicta CECILIA et heredes mei vel assignati mei dictam acram terre et dictos duos denarios redditus annui dicto WALTERO PICKET et heredibus suis vel assignatis suis pro predicta pecunia mihi premanibus pacata pro predicto redditu annuo trium denariorum contra omnes homines et feminas inperpetuum warantizabimus et defendemus. Ut autem hec mea venditio concessio quieta clamatio inperpetuum perseveret presenti scripto sigilli [mei] impressionem apposui. Hiis testibus WALTERO de RENNI MILONE de RENNI PHILIPPO

THURGOD WALTERO de COGAN ALEXANDRO filio MAURICII HENRICO presbitero STEPHANO presbitero ROBERTO FLEMMING et aliis.

CXC.

CARTA CECILIE FIL: ALEXANDRI DE LANDOGHE WALTERO FIL: W: PICKET.

[ADD: CHART: 24. 278.]

Sciant presentes et futuri quod ego CECILIA filia ALEXANDRI de LANDOGHE vendidi concessi et pro me et pro heredibus meis quietum clamavi totum jus quod habui vel habere potui aliqua lege vel ratione in tertia parte curtilagii quod ALEXANDRI predicti patris mei fuit in villa de LANDOGHE in quatuor acris terre arabilis et dimidia acre terre in uno quarterio unius acre arabilis et in tertia parte unius quarterii unius acre prati quod scilicet quarterium prati fuit dicti ALEXANDRI cum omnibus pertinentiis suis WALTERO PICKET filio scilicet WALTERI PICKET pro quadraginta solidis sterlingorum mihi premanibus donatis. Quarum una dimidia acra jacet loco vocato VOCLOND inter terram ISAAC de LANDOGHE et terram ALEXANDRI filii MAURICII de LANDOGHE cujus dimidie acre caput orientale extenditur usque ad terram HENRICI de ANGLIA et caput ejus occidentale extenditur usque ad feodum de DENASPOWIS. Et due et dimidia acre de pratis jacent apud LANGHETON inter terram quam ISAAC de LANDOGHE habuit aliquam ad firmam de me ex parte una et terram quam JOHANNES BULBE habuit ad firmam de me. Quarum caput boreale extenditur usque ad terram WALTERI KUNAN et caput australe usque ad terram scilicet pratum quondam ALEXANDRI et una dimidia acra jacet inter terram HENRICI THOME ex parte una et terra quam dictus ALEXANDER filius MAURICII et ISAAC habuerunt de me ad firmam et una dimidia acra jacet in VOCLOND inter terram ALEXANDRI quondam et terram quam dictus ALEXANDER filius MAURICII et ISAAC habuerunt ad firmam

de me cujus dimidie acre caput orientale extenditur usque ad terram Henrici de Anglia et caput occidentale usque ad terram Johannis de Landoghe et una dimidia acra jacet loco nominato Morewych Istrad inter unam viam qua itur de Kardif apud Cogan et terram prioris ecclesie beate Marie de Kardif. Et dictum quarterium terre jacet in capite boreali prati quod fuit quondam dicti Alexandri quod scilicet Isaac habuit ad firmam de me. Habendam et tenendam dicto Waltero et heredibus suis sive assignatis suis de domino priore ecclesiae beate Marie de Kardif qui pro tempore fuerit libere quiete bene pacifice integre sine gravamine. Reddendo inde annuatim dicto domino priori qui pro tempore fuerit quindecim denarios videlicet ad festum sancti Michaelis septem denarios et obolum et ad pascha septem denarios et obolum pro omni servicio seculari exactione consuetudinibus et omnimodis demandis. Et quia volo quod hec mea venditio concessio et quieta clamatio inperpetunm perseveret presenti scripto sigilli mei impressionem apposui. Hiis testibus domino Waltero de Renny Stephano de Bagetripe Nicolao de Pennarth Roberto Godard Ricardo Crispo Waltero de Cogan Philippo Thurgod Alexandro filio Mauricii de Landoghe Roberto Flemis et aliis.

CXCI.

CARTA CECILIE FIL: A: DE LANDOCHE WALTERO FIL: W. PICKET.

[Add: Chart: 24. 279.]

Sciant presentes et futuri quod ego Cecilia filia Alexandri de Landoche dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Waltero filio Walteri Picket pro quadraginta solidis sterlingorum mihi premanibus donatis tertiam partem curtilagii quod fuit Alexandri patris mei in villa de Landoghe in [super] quatuor acras terre arabilis dimidiam acram terre unum quarterium

unius acre arabilis et tertiam partem unius quarterii unius acre prati quod scilicet quarterium prati fuit dicti ALEXANDRI quarum acrarum predictarum una dimidia acra jacet in loco qui vocatur VOCLOND inter terram ISAAC de LANDOCHE et terram ALEXANDRI filii MAURICII de LANDOGHE cujus dimidie acre caput orientale extenditur usque ad terram HENRICI de ANGLIA et caput ejus occidentale extenditur usque ad feodum de DENASPOYS. Et due acre et dimidia acra jacent apud LANGETON inter terram quam ISAAC de LANDOGHE habuit aliquando ad firmam de me ex parte una et terram quam JOHANNES BULBE habuit ad firmam de me quarum duarum acrarum et dimidie caput boreale extenditur usque ad terram WALTERI KONAN et caput australe usque ad pratum ALEXANDRI. Et una dimidia acra jacet inter terram HENRICI THOME ex parte una et terram quam dictus ALEXANDER filius MAURICII et ISAAC habuerunt ad firmam de me. Et una dimidia acra jacet scilicet in VOCLOND inter terram quondam ALEXANDRI et terram quam dictus ALEXANDER filius MAURICII et ISAAC habuerunt ad firmam de me cujus dimidie acre caput orientale extenditur ad terram HENRICI de ANGLIA et caput occidentale usque ad terram JOHANNIS de LANDOGHE. Et una dimidia acra jacet in loco appellato MUREWICHE STRAD inter unam viam qua itur de KAERDIF apud COGAN et terram prioris ecclesie beate MARIE de KAERDIF. Et dictum quarterium terre jacet in parte boreali prati quondam ALEXANDRI quod scilicet ISAAC habuit ad firmam de me. Habenda et tenenda dicto WALTERO PICKET filio WALTERI PICKET et heredibus suis vel assignatis suis vel cui in extremis legaverit de me et heredibus meis vel assignatis meis libere quiete bene pacifice integre sine gravamine. Reddendo inde annuatim michi et heredibus vel assignatis meis unum obolum ad festum sancti MICHAELIS et domino priori predicto vel cui pro tempore fuerit quindecim denarios videlicet septem denarios et obolum ad festum sancti MICHAELIS et septem denarios et obolum in festo nativitatis sancti JOHANNIS baptiste pro herieto releviis auxilio secta curie

pro omni servicio seculari exactione consuetudinibus et omnimodis demandis que de terra exiguntur vel exigi poterunt. Ego vero predicta CECILIA et heredes mei vel assignati mei predictam tertiam partem dicti curtilagii dictas quatuor acras terre dimidiam acram predictam quarteriam unius acre et dictam tertiam partem unius quarterii unius acre prati cum pertinentiis dicto WALTERO et heredibus suis vel assignatis vel cui in extremis legaverit per predictum annum contra omnes homines et omnes feminas warentizabimus acquietabimus et defendemus. In cujus rei testimonium presenti scripto sigilli mei impressionem apposui. Hiis testibus domino WALTERO de RENNY STEPHANO de BAGGETRIPE HUEL de PENNARTH ROBERTO GODARD RICARDO CRISPO PHILIPPO THURGOD ALEXANDRO filio MAURICII de LANDOGHE ROBERTO FLEMIS et aliis.

CXCII.

CARTA CECILIE REL: G. PAGE YSAAC DE LANDOCH.

[ADD: CHART: 24. 280.]

Sciant presentes et futuri quod ego CECILIA relicta GEFFRIDI PAGE in ligea viduitate mea dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi YSAAC de LANDOCH filius AUGUSTINI unum mansum cum curtillo et quinque acras terre et duas partes unius quarterii de una acra prati cum omnibus pertinentiis suis infra manerium de LANDOCH. Quod quidem mansum cum predicto curtillo in villa de LANDOCH et quatuor acre terre cum predicto jacent apud LANKEOANE et se extendunt ad feodum de COGAN. Et una predicta acra terre jacet in territorio quod vocatur VOCLONDE juxta tunc terram predicte YSAAC ex parte boreali et terram ALEXANDRI filii MAURICII de LANDOCH ex parte australi. Habenda et tenenda de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie et sine omni gravamine in viis semitis aquis pasturis communis asiamentis et in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus sicut

dictum tenementum unquam melius vel liberius vel juris tenere potui vel habere. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui pro me et heredibus meis prioratui beate MARIE de KARDIF quindecim denarios argenti videlicet ad nativitatis sancti JOHANNIS baptiste septem denarios et obolum et ad festum sancti MICHAELIS septem denarios et obolum. Et mihi et heredibus meis ad festum sancti MICHAELIS unum denarium argenti ad officium ecclesie de LANDOCH pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum herietis wardis releviis auxiliis escaetis et pro omnibus aliis secularibus demandis. Pro hiis autem donatione concessione et hujus presentis carte mee confirmatione predictus YSAAC mihi dedit premanibus tres solidos argenti in recognitione et mihi quietremisit sexaginta et unum solidos argenti quos sibi debui per scriptum meum. Ego vero predicta CECILIA et heredes mei predicto YSAAC et heredibus suis vel assignatis suis totum predictum tenementum cum predictis manso et curtillo et cum omnibus pertinentiis suis prenominatis pro predictis redditibus secundum formam in omnibus scriptam inperpetuum warantizabimus defendemus et adquietabimus. Et ut hec mea [donatio concessio et] confirmatio rate et stabiles inposterum permaneant huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus WALTERO de REIGNY PHILIPPO THURGAND WALTERO de COGAN ALEXANDRO filio MAURICII PHILIPPO filio ELIE PETRO le FUV' THOMA THURGAND ALEXANDRO filio MAURICII de LANDOCH YSAAC filio AUGUSTINI de LANDOCH et multis aliis.

CXCIII.

CARTA H: DE ANGLIA MILONI DE REGNI.

[ADD: CHART: 24. 281.] CIRCA 1387.

Sciant presentes et futuri ego HENRICUS de ANGLIA dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi MILONI de REGNI quoddam mansum meum in LANDOCH proximum ad mansionem WENLIANE filie PHILIPPI le KNYCH et

duas acras terre cum suis pertinentiis juxta terram dicte WENLIANE in feodo de LANDOCH pro dimidia marca argenti quam dictus MILO mihi donavit premanibus. Tenendum et habendum totum predictum mansum cum predictis duabus acris et suis pertinentiis dicto MILONI et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre jure hereditario sine aliquo retinemento mei vel meorum inperpetuum. Reddendo inde annuatim domino feodi in LANDOCH quatuor denarios argenti ad duos anni terminos videlicet ad nativitatem beati JOHANNIS baptiste ij denarios et ad festum sancti MICHAELIS ij denarios pro omnibus serviciis consuetudinibus querelis curie sectis releviis wardis herietis escaetis et omnibus aliis secularibus demandis que pro terra exiguntur vel exigi poterunt. Et ego predictus HENRICUS et heredes vel assignati [mei] dicto MILONI et heredibus suis vel assignatis suis totum predictum mansum et totam predictam terram cum omnibus suis pertinentiis pro predicto redditu contra omnes homines et feminas warentizabimus acquietabimus et in perpetuum defendemus. Et ut hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio rate et stabiles permaneant et ad majorem securitatem faciendam hanc presentem cartam sigilli impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus domino WALTERO tunc vicario de LANDOCH WALTERO de REGNI WALTERO de COGAN PHILIPPO THURGOD THOMA THURGOD ALEXANDRO filio MAURICII WILLELMO PETTO et aliis.

CXCIV.

CARTA JOHANNIS FIL: H: DE ANGLIA MILONI DE REYGNI.

[ADD: CHART: 24. 282.]

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES filius HENRICI de ANGLIA dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi et pro me et pro heredibus meis omnibus quietum clamavi MILONI de REYGNI et heredibus suis vel assignatis suis totum jus meum et clameum quod habui vel quod habere

potui in quodam manso cum pertinentiis in LANDOCH jacente proximius mansionem WENLIANE filie PHILIPPI le KNYCH amite mee, et in duabus acras terre cum suis pertinentiis juxta terram dicte WENLIANE in feodo de LANDOCH pro duabus marcis argenti quas dictus MILO mihi donavit premanibus. Tenendum et habendum totum predictum mansum cum dictis duabus acris terre cum suis pertinentiis pro me et pro heredibus meis vel assignatis predicto MILONI et heredibus suis vel assignatis libere quiete pacifice integre jure hereditario sine aliqua conditione clameo vel impedimento mei vel meorum inperpetuum. Reddendo inde annuatim domino feodi quatuor denarios argenti ad duos anni terminos videlicet ad nativitatem beati JOHANNIS baptiste ij denarios et ad festum sancti MICHAELIS ij denarios pro omnibus serviciis consuetudinibus querelis curie sectis wardis releviis herietis escaetis et omnibus aliis secularibus demandis que pro terra exiguntur vel exigi poterunt. Et ego predictus JOHANNES filius dicti HENRICI de ANGLIA et heredes mei vel assignati totum predictum jus et clameum in predicto manso et in predictis duabus acris terre cum suis pertinentiis simul cum omnibus commoditatibus de dicta terra inposterum exeuntibus secundum quod HENRICUS de ANGLIA pater meus ipsum per cartam suam feoffavit predicto MILONI et heredibus suis vel assignatis suis contra omnes homines et feminas warentizabimus acquietabimus et inperpetuum defendemus. Et ut hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio et pro me et pro heredibus [meis] quietum clamatio perpetue firmitatis robur optineant et ad majorem securitatem faciendam hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus WALTERO de REYGNI WALTERO de COGAN ALEXANDRO filio MAURICII PHILIPPO THURGOD THOMA THURGOD WALTERO PEYTO ROBERTO FLANDRENSE et aliis.

CXCV.

CARTA JOH'NIS F: W: DE REYGNI MILONI DE REGNI.

[ADD: CHART: 24. 283.]

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES filius WALTERI de REYGNI

dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi MILONI de REGNI avunculo meo unum mansum cum pertinentiis per easdem metas et bundas prout jacent in villa de LANDOCH videlicet illud quod habui et tenui de WALTERO filio REGINALDI DUN in eadem villa et jacet proximius mansionem dicti WALTERI in orientali parte pro decem solidis sterlingorum quos dictus MILO mihi donavit premanibus. Tenendum et habendum sibi et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis vel assignatis libere quiete bene et in pace jure hereditario inperpetuum prout ego dictam terram melius plenius et liberius [possum] dare. Reddendo inde annuatim dictus MILO et sui heredes vel assignati michi et heredibus meis vel assignatis unam rosam in mense Junii nomine redditus pro omnibus serviciis consuetudinibus curie sectis releviis wardis escaetis et omnimodis aliis demandis que pro terra exiguntur vel exigi poterunt. Et ego predictus JOHANNES de REYGNI et heredes mei vel assignati dictum mansum cum pertinentiis ut supradictum est predicto MILONI de REGNI et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines et feminas warentizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hac mea donatio concessio et hujus presentis carte mee confirmatio rate et stabiles permaneant inposterum huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus WALTERO de REGNI patre meo WALTERO de GLOUCESTRIO PHILIPPO THURGOD ALEXANDRO filio MAURICII WILLELMO PEYTO et aliis.

CXCVI.

CARTA PHILIPPI THURGOD WILLELMO FILIO SUO:

[ADD: CHART: 24. 284.]

Sciant presentes et futuri quod ego PHILIPPUS THURGOD dedi concessi et hac presenti carte mea confirmavi WILLELMO filio meo quoddam mansum cum curtilagio jacens in australi parte cimiterii de LANDOWSE pro servicio

suo. Tenendum et habendum pro me et heredibus meis vel assignatis sibi et heredibus suis vel suis assignatis libere quiete pacifice integre et hereditarie sine aliquo retinemento mei vel meorum in perpetuum. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati unum denarium argenti WALTERO de REGNI heredibus suis vel suis assignatis et capitali domino de LANDOWSE qui pro tempore fuerit iiijd ad festum sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curie et omnibus aliis secularibus demandis salvo tam dicto WALTERO de REGNI et heredibus suis vel assignatis xij d. pro herieto quando acciderit. Et quia volo quod hec mea donatio et concessio et hujus presenti carte mee confirmatio rate et stabiles imperpetuum permaneant huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus WALTERO de REGNI ALEXANDRO de LANDOWSE THOMA LONGO de eadem WALTERO ENDAS WALTERO de COGAN et multis aliis.

CXCVII.

CARTA WALTERI FIL: H. COCI WALTERO PICKET.

[ADD: CHART: 24. 285.]

Sciant presentes et futuri quod ego WALTERUS filius HENRICI COCI dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro una marca sterlingorum mihi in ingressu donata WALTERO PICKET duas acras terre arabilis in feodo de LANDOGHE cum pertinentiis suis quarum duarum acrarum una acra preter unam parcatam jacet aperte orientali terre LUCE de LANDOCH et aperte occidentali terre mee cujus acra excepta una parcata caput aquilonale extenditur ad magnam viam qua itur de COGAN apud KAERDIF et caput ejus australe extenditur usque ad terram ISAAC de LANDOCH et caput illius acre predicte una parcata excepta jacet una dimidia acra scilicet intra terram meam et terram dicti ISAAC et una dimidia acra et una parcata jacent intra terram meam et rivulum qui dividit feodum de MICHELESTOW et feodum de LANDOCHE

et caput orientale ipsius dimidie acre cum una parcata prenominata extenditur ad terram JOHANNIS THURGOD et caput ejus occidentale extenditur ad terram EUDOS: de LANDOCHE que vocatur SLAD AKER. Habendas et tenendas dicto WALTERO PICKET et heredibus suis sive assignatis suis vel cui illas duas predictas acras in extremis legare voluerit de me et heredibus meis vel assignatis meis libere quiete bene pacifice sine gravamine et absque calumpnia mei et meorum inperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis sive assignatis meis quatuor denarios videlicet ad festum nativitatis beati JOHANNIS baptiste duos denarios et ad festum sancti MICHAELIS duos denarios pro auxilio herieto relevio secta curie pro omni servicio seculari exactione consuetudinibus et omnibus demandis que de terra exiguntur vel exigi poterunt. Ego vero predictus WALTERUS COCUS filius HENRICI COCI et heredes mei vel assignati mei predictas duas acras terre cum pertinentiis suis dicto WALTERO et heredibus suis sive assignatis suis vel cui eas in extremis legare voluerit contra omnes homines et omnes feminas inperpetuum warentizabimus acquietabimus et defendemus. Et quia volo quod hec mea donatio concessio et carte presentis confirmatio robur firmitudinis optineant hoc presens scriptum sigilli mei impressione munivi. Hiis testibus domino WALTERO de RENNY PHILIPPO THURGOD ALEXANDRO filio MAURICII THOMA THURGOD ISAC [filio]? MAURICII FLEMMISSE WILLELMO ALBO et aliis.

CXCVIII.

CARTA WALTERI LE WYTE MILONI DE REIGNY.

[ADD: CHART: 24. 287.]

Sciant presentes et futuri quod ego WALTERUS le WYTE de LANDOCH dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi MILONI de REIGNY unum mansum cum curtillo in villa de LANDOCH quod quidem mansum cum

predicto curtillo jacet [a porta] ? mansionis quam predictus MILO habet de dono YSAAC filii AUGUSTINI de LANDOCH. Habendum et tenendum de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et jure hereditario et sine omni gravamine inperpetuum. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui pro me et heredibus meis prioratui beate MARIE de KARDIF duos denarios argenti ad duos terminos anni videlicet ad festum Sti MICHAELIS unum denarium et ad nativitatem beati JOHANNIS baptiste unum denarium pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum herietis wardis releviis auxiliis escaetis et pro omnibus secularibus rebus et demandis. Pro hac autem donatione concessione et hujus presentis carte mee confirmatione mihi dedit premanibus predictus MILO septem solidos argenti in recognitione. Ego vero predictus WALTERUS et heredes mei predicto MILONI de REIGNY et heredibus suis et assignatis suis totum dictum mansum cum dicto curtillo sine diminutione pro dicto redditu secundum formam in omnibus prescriptam contra omnes homines et feminas inperpetuum warantizabimus defendemus et acquietabimus. Et ut mea donatio concessio et hujus presentis carte mee confirmacio rate et stabiles in posteris permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus WILLIELMO de REIGNY WILLIELMO de BARRY WALTERO de REIGNY JACOBO de BONA VILLA PHILIPPO THURGOUD ALEXANDRO filio MAURICII de LANDOCH YSAAC filio AUGUSTINI de LANDOCH et multis aliis.

CXCIX.

CARTA WALTERI THORGOT WILL: DE REGNI.

[ADD: CHART: 24. 288.]

Sciant presentes et futuri quod ego WALTERUS THORGOT dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO de REGNI unum messua-

gium in LANDOGH cum pertinentiis scilicet illud messuagium quod jacet ex parte meridionali ecclesie Sti DOGUINI juxta cimiterium. Tenendum et habendum sibi et heredibus suis vel ejus assignatis de abbate et conventu de THEOKESBERIA secundum formam quam ego predictum messagium cum pertinentiis tenui videlicet solvendo pro me annuatim prefatis abbati et conventui de THEOKESBIRIA quatuor denarios ad festum Sti MICHALIS pro omni servicio et demanda seculari. Ego autem predictus WALTERUS et heredes mei predictum messuagium cum pertinentiis predicto WILLELMO et heredibus suis vel ejus aassignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum warantizabimus. Et ut mea donatio et concessio rata et stabilis permaneat hoc presens scriptum impressione sigilli mei roboravi. Hiis testibus ROBERTO de SUMERY ELIA BASSET JOHANNE DISMARS tunc constabulario de DYNASPOIS HENRICO de CLEMST DANIELE BERO WILLELMO filio ORRY et aliis.

CC.

CARTA PHILIPPI PONORCHO MILONI DE REGNI.

[ADD: CHART: 24. 289.]

Sciant presentes et futuri quod ego PHILIPPUS PONORCHO dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi MILONI de REGNY tres acras terre arabilis cum pertinenciis in feudo de LANDOCHE quas habui de dono THOME LONGI de LANDOCHE et dimidiam acram cum pertinenciis jacentem apud LANGDOUNE in feudo de LANDOCHE quam habui de dono ALEXANDRI de LANDOCHE pro tribus marcis argenti mihi premanibus pagatis. Tenendas et habendas predictas tres acras et dimidiam cum pertinenciis sibi et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis vel assignatis meis libere quiete pacifice integre jure hereditario sine aliquo retinemento mei vel meorum. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui

dicto THOME LONGO et heredibus suis vel assignatis suis sex denarios argenti prout carta dicti THOME testatur quam predicto MILONI liberavi et unum denarium et obolum argenti predicto ALEXANDRO et heredibus suis vel assignatis suis prout carta testatur quam predicto MILONI liberavi. Ego vero predictus WILLELMUS et heredes mei vel assignati mei secundum formam in omnibus prescriptam contra omnes mortales predicto MILONI et heredibus vel assignatis suis predictas tres acras terre et dimidiam cum pertinenciis prout predicte carte per metas et bundas testantur warantizabimus defendemus et acquietabimus inperpetuum. Et ut mea donatio concessio et hujus presentis carte mee confirmatio rate et stabiles in posterum permaneant huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus WALTERO de REGNI MAURICIO filio YSAC PHILIPPO POURGOT WILLELMO PEYTO HENRICO de ANGLIA et aliis multis.

CCI.

CARTA W. DE LANDOCHAN CLERICI W: DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 290.]

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS de LANDOCHAN clericus dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de REGNY totam terram meam cum messuagiis curtillo crofto et omnibus pertinenciis suis quam tenui in feodo de LANDOCH. Tenendam et habendam sibi et heredibus suis vel assignatis suis pro me et heredibus meis libere quiete pacifice integre et hereditarie in viis semitis pasturis et omnibus aliis aisiamentis adeo libere sicut ego vel aliquis antecessorum meorum unquam dictum tenementum melius plenius et liberius tenuimus. Reddendo inde annuatim prioratui de KAERDIF beate MARIE duodecim denarios ad quos anni terminos scilicet ad festum nativitatis beati JOHANNIS baptiste sex denarios et ad festum beati MICHAELIS sex denarios pro omnibus serviciis et demandis salvo

forinseco servicio ad tantam terram pertinentem. Ego autem predictus WILLELMUS et heredes istam totam predictam terram cum omnibus pertinenciis suis contra omnes gentes warantizare acquietare et defendere debemus. Et ut hec mea donatio concessio et sigilli mei confirmatio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino ROBERTO de SOMERI domino HENRICO KONAN capellano WILLELMO de BARRI MAURICIO de CANTILUPO WALTERO de GLOUCESTRIA RICARDO de COGAN WILLELMO filio AILWARDI ADA filio DANIELIS et multis aliis.

CCII.

CARTA NICHOLAI FIL: W: DUC MILONI DE REYNGNI.

[ADD: CHART: 24. 291.]

Sciant presentes et futuri quod ego NICHOLAUS filius WILLELMI DUC de LANDMIHANGEL dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi MILONI de REYNGNI unum mansum cum curtilagio et pertinenciis in villa de LANDMIHANGEL. Illud videlicet que jacet inter curtilagium JOHANNIS GREGORII et viam regalem que jacet superius per metas et bundas et divisas sicut jacet. Habendum et tenendum de me et heredibus meis sive assignatis sibi heredibus suis sive assignatis libere quiete bene pacifice integre hereditarie inperpetuum. Reddendo inde mihi heredibus meis vel assignatis unam rosam ad festum sancti JOHANNIS baptiste pro omnimodis serviciis consuetudinibus sectis curie et secularibus demandis. Pro hac autem donatione concessione et presentis carte mee confirmatione dedit mihi dictus MILO sex solidos sterlingorum premanibus. Ego dictus NICHOLAUS et heredes mei vel mei assignati dictum mansum et curtilagium cum pertinenciis dicto MILONI et heredibus suis sive assignatis contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus pro predicto servicio inperpetuum et defende-

mus. Ut hec autem mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio rate et stabiles et inconcusse permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus NICHOLAO POUER ADA le FLEMMENG WILLEMO de BOSCO HUGONE SEGIN ROBERTO le POUER et aliis.

CCIII.

CARTA CRADOCI FIL: G: BEGAN WALTERO DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 292.]

Sciant presentes et futuri quod ego CRADOCUS filius GRIFFINI BEGAN dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de REGNY sex acras terre arabilis et unum messuagium cum curtilagio et totum boscum meum et totam pasturam meam in tenemento de LAN LENDER et cum advocatione ecclesie ejusdem loci de LAN LENDER quantum ad me pertinet quarum vero quinque acre arabiles jacent sub MONTE BAY inter terram que spectat ad ecclesiam de LAN LENDER et terram tunc EYVOR KOT in una cultura unde unum capud tendit se ad dictam MONTEM BAY et alterum capud ad pratum quod quondam fuit THOME KOT quedam dimidia acra jacet supra montem inter terram tunc RESI BEGAN et terram tunc LEUKI relicte GRIFFINI BEGAN cujus unum capud tendit se ad magnam viam qua itur a villa de LAN LENDER versus LANDAF et alterum capud tendit se ad metas de la KAYRE et altera dimidia acra jacet in campo quod vocatur terra YTHEL. Messuagium vero cum curtilagio jacet inter ortum tunc RESI BEGAN et ortum tunc predicte LEUKI. Tenendum et habendum de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati sui unum par albarum vero thecarum vel unum denarium infra quindenam beati MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum [et] demandis secularibus. Pro hiis

autem donatione concessione et sigilli mei confirmatione dedit predictus WALTERUS tres marcas et dimidiam sterlingorum in recognitione. Ego vero predictus CRADOCUS et heredes mei dicto WALTERO et heredibus suis vel assignatis suis predictas sex acras cum dictis messuagio et curtilagio advocatione pastura bosco et omnibus pertinentiis suis contra omnes homines et feminas in perpetuum warantizabimus et defendemus. Et ut mea donatio concessio et sigilli mei confirmatione rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino ROBERTO de SOMERY THOMAE de NERBERE WILLELMO FLANDER PHILIPPO le SOR WILLELMO filio HARRI et multis aliis.

CCIV.

CARTA PAGANI DE REGNI WALTERO DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 293.]

Sciant presentes et futuri quod ego PAGANUS de REGNY dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de REGNY totum pratum meum quod jacet in PAPES MORE pro una acra quod aliquo tempore AUDEONUS filius GODWALDI tenuit. Tenendum et habendum de me heredibus vel assignatis meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et jure hereditario. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis meis ipse et heredes sui vel assignati sui sicut unum denarium in festo beati MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum et demandis secularibus. Pro hiis autem donatione concessione et sigilli mei confirmatione dedit mihi predictus WALTERUS de REGNY viginti solidos sterlingorum premanibus in recognitione. Ego vero prenominatus PAGANUS de REGNY et heredes mei vel assignati mei predicto WALTERO de REGNY et heredibus suis vel assignatis suis totum predictum pratum contra omnes homines et feminas in perpetuum warantizabimus et

defendemus. Et ut hec mea donatio concessio et sigilli mei confirmatio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino ROBERTO de SOMERI WILLELMO FLANDRE ELYA BASSET HENRICO de GLOUCESTER ROBERTO de LANDEFEI WILLELMO de BARRI juniori WILLELMO filio HENRICI et multis aliis.

CCV.

CARTA JOHANI FILII GODARDI [GODWOLD] PAGANO DE REGNY.

[ADD: CHART: 24. 294.]

Sciant presentes et futuri quod ego JOANNES filius GODARDI [GODWOLD] dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi PAGANO de REGNY totum pratum meum quod jacet in PAPES MORE pro una acra. Tenendum et habendum de me et heredibus meis sibi et heredibus suis bene et in pace. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui unum denarium ad festum Sti MICHAELIS pro omni servicio et omni demanda. Pro hac autem donatione et concessione dedit mihi predictus PAGANUS unam marcam premanibus. Ut hec mea donatio et concessio rate et inconcusse permaneant presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino WILLELMO de REGNY domino WILLELMO de BARRY domino WILLELMO de SUMERY ROBERTO de SUMERY RICARDO filio ALEXANDRI WALTER de COGAN DANIEL BERD et multis aliis.

CCVI.

CARTA CRISTINE REL: M: DE LANDOCH ALICIE FILIE SUE.

[ADD: CHART: 24. 295.]

Sciant presentes et futuri quod ego CRISTINA relicta MAURICII de LANDOCH in pura viduitate mea in legitima potestate mea dedi concessi et hac presenti

carta mea confirmavi ALICIE filie mee quatuor acras terre arabilis et tres partes unius acre prati cum pertinentiis in feodo de PENNARD per easdem metas et bundas per quas ego dictam terram unquam melius plenius liberius tenui. Tenendam et habendam dictam terram pro me et heredibus meis vel assignatis sibi et heredibus suis vel assignatis libere quiete bene pacifice integre jure hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati mihi et heredibus meis vel assignatis quinque denarios ad festum beati MICHAELIS pro omnibus serviciis releviis herietis sectis curie exactionibus consuetudinibus demandis secularibus. Ego vero dicta CRISTINA et heredes mei vel assignati dictum tenementum dicte ALICIE et heredibus vel assignatis suis warantizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio robur perpetue firmitatis optineant huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus WALTERO de REGNI MILONE de REGNI WILLELMO ELIZANDRE PHILIPPO THURGOD RICARDO filio GALFRIDI et aliis.

CCVII.

CARTA HAWISIE DE LONDONIA ABBATI STI PETRI.

[CHART: STI PETRI GLOUC. I. 284.]

Sciant presentes et futuri quod ego HAWISIA de LONDONIA fiilia et heres THOME de LONDONIA concessi et presenti carta mea confirmavi in ligia viduitate et potestate mea abbati Sti PETRI GLOUCESTRIE etc.........omnes elemosinas et donationes terrarum et ecclesiarum quas MAURITIUS de LONDONIA antecessor meus eis dedit et etiam omnes donationes et confirmationes WILLELMI de LONDONIA avi mei et omnes confirmationes THOME de LONDONIA patris mei scilicet ecclesiam Sti MICHAELIS cum villa de EWENNY cum omnibus pertinentiis suis cum prato et molendinis; ita tamen quod omnes

homines mei qui ibi voluerint molere ibi molant sine calumnia vel contradictione mei vel heredum meorum, preter homines meos de COLWINSTONE, qui ad molendinum meum de COLWINSTONE debent molere. Et ecclesiam Ste BRIGIDE cum terris et decimis et omnibus pertinentiis suis et ecclesiam Sti MICHAELIS de COLWINSTONE cum omnibus pertinentiis suis et sexaginta sex acras terre cum pertinentiis in eadem villa, et etc etc.........et ecclesiam de EGLISKEYNIR et totam terram que est ex parte silve de ALUNE usque ad pasturam equorum domini et ex parte orientis totam terram que jacet de domo EDRICI vicecomitis usque ad ripam de EWENNI etc etc.........volo etiam quod predicti abbas et monachi habeant in bosco meo de UGGEMORA communem pasture per totum ad omnimoda alia sua et husbote et heibote et ad ardendum et claudendum et ad edificandum adeo libere et quiete sicuti melius unquam habuerunt tempore MAURITII antecessoris mei vel alicujus antecessorum meorum. Habendum tenendum etc.........in puram et perpetuam elemosinam etc etc......... Et ut hec concessio et confirmatio mea rata et inconcussa et stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus etc etc.........

CCVIII.

EXCERPTUM CARTA EDWARDI REGIS CARTAM CONFIRMANTE GIL: DE CLARE COMITIS.

[N: MONASTICON VI. P. 453.] 1274.—5.

"Et in KAERDIF unum burgagium quod fuit GOYE et aliud quod fuit JOHANNIS filii BALDWINI et totum parcum de RUMEYA et totam piscariam et piscacionem fluminis de RUMEYA et utrumque vivarium de RAZ cum molendino et magnum vivarium subtus KIBUR ad occidentem et omnes landas de RAZ et totam forestam de KIBUR sicut eam liberius et quiecius avus meus dominus W: comes GLOECESTRIE unquam tenuit exceptis donacionibus prius ab eo exinde factis."

CCIX.

CARTA MATILDIS COM: GLOUCESTRIE, ALINE COM: NORFOLCIE.

[TREAS: OF THE EXCHEQUER. WALLIA. BAG 2. No. 3.] 26 DEC. 1275.

"Noverint universi ad quos presens scriptum pervenerit quod ego MATILDIS de CLARE comitissa GLOUCESTRIE et HERTFORDIE dedi concessi et dimisi domine ALINE DISPENSARIO comitisse NORFOLCIE pro quinquaginta marcis sterlingorum quas nobis dedit pre manibus custodiam manerii de DINASPOWIS quod est in GLAMORGANIA et quod fuit domini ROGERI de SOMERI dudum defuncti videlicet castrum edificia terras dominicas arabiles cum dominio omnium tenencium liberorum et aliorum cum reditibus boscis pratis pascuis pasturis molendinis aquis piscariis viis semitis et omnibus aliis ad dictum manerium pertinentibus, et eciam cum omnibus mobilibus et immobilibus in eodem manerio inventis. Et cum omnibus bladis seminatis in terris dominicis manerii una cum omnibus bladis in grangia et granario existentibus et omnibus aliis rebus que nobis contingere poterunt racione dicte custodie heredis predicti domini ROGERI de SOMERY dudum defuncti. Habendum et tenendum predictum manerium cum omnibus pertinenciis suis et omnibus bonis et rebus prenominatis predicte domine ALINE et heredibus suis vel suis assignatis et ubicunque vel cuicunque dictam custodiam cum omnibus predictis dare vendere legare vel assignare voluerit a die sancti STEPHANI anno regni Regis EDWARDI quarto usque ad plenam et legitimam etatem ROGERI de SOMERY filii et heredis supradicti domini ROGERI de SOMERI dudum defuncti. Et nos predicta Matildis heredes et assignati nostri warantizabimus ac quietabimus et defendemus custodiam predicti manerii cum omnibus pertinenciis et omnibus superius nominatis predicte domine ALINE et heredibus et assignatis suis usque ad plenam et legitimam etatem predicti ROGERI infra etatem existentis. In cujus rei testimonium has literas nostras predicte domine ALINE fieri fecimus patentes. Hiis testibus domino RADULPHE BLUET domino BARTHOLOMEO de la MORE

domino THOMA de BEAUCHAMP domino HENRICO de CHIKEHULLE militibus CLEMENTE de WIBWODE constabulario de STRIGULLIA et aliis."

CCX.

PLACITA CORAM REGE IN OCTAB: STI MICH: ANNO R. R. EDWARDI FIL: REG: HENRICI NONO INCIPIENTE DECIMO.

[P. R. O. PLACITA CORAM REGE 10 EDW: I. MICHAELMAS. M. 35.] 1281.

GLOUCEST: GILBERTUS de CLARE comes GLOUC: et HERTF: attachiatus fuit ad respondendum WILLIELMO de BREHUSA de placito quare cum vie regie et earum ......nes per totam terram et potestatem regiam ad coronam et dignitatem suam pertineant ita quod omnes et singuli ad fidem Regis existentes per vias illas regias transire possint pro voluntate sua et sine impedimento quorumcunque idem comes per ROBERTUM le VEEL ballivum suum de GLAMORGAN prefato WILLIELMO nuper intranseundo per viam Regis regiam versus terram suam de GOER in eadem via Regis regia apud NEWBURG: vi et armis restare fecit et eum per viam illam regiam usque terram suam predictam sicut ipse et antecessores sui pacifice et absque impedimento facere consueverunt transire non permisit in Regis contemptum et regie dignitatis Regis prejudicium et ipsius WILLIELMI exheredacionis pic... et contra pacem etc. Et unde queritur quod predictus comes die lune proximo post festum decollationis sti JOHANNIS baptiste anno regni Regis nunc nono predictam transgressionem eidem WILLIELMO per predictum ROBERTUM et quosdam alios fieri fecit unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam quingentarum librarum et inde producit sectam etc. Et predictus comes venit et dicit quod non debet ei ad hoc breve respondere et dicit quod ipse habet regale suum in partibus GLAMORGAN et quod ipse et antecessores sui semper consueverunt placitare omnia placita sive fuerunt de transgressionibus sive de aliis placitis vel querelis unde

dicit quod non tenetur hic respondere ad querelam predicti Willielmi desicut idem Willielmus monstrare non potest quod in curia sua de Glamorgan sit eidem Willielmo in aliquo injuriatum et petit inde curiam suam etc. Et Willielmus dicit quod ipse non tenet de predicto comite imo de domino Rege in capite et petit judicium si predictus comes de transgressione sua propria facta in regia via Regis curiam suam habere debeat vel possit quoquemodo ex quo transgressio ea facta fuit in contemptum Regis ut predictum est. Postea per consilium Regis constitutum est quod predictus comes respondeat. Et comes salvis suis et heredibus suis omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus quibus ipse et antecessores sui hucusque usi sunt in terris suis de Wallia et in hoc quod inplacitatum est hic per predictum Willielmum predictis libertatibus suis in nullo prejudicietur quominus eedem libertates et libere consuetudines integre remaneant et illibate sicut temporibus retroactis idem comes et antecessores sui usi sunt. Dicit idem comes quod non potest nec debet de preceptis respondere quousque principale in curia ista convincatur. Et preterea idem comes dicit quod tenet predictas terras et libertates de suo et antecessorum suorum conquestu unde videtur ei quod de hiis sine consideracione parium suorum Anglie et marchionum Wallie qui eisdem libertatibus in terris suis Wallensium gaudent non debet inde alicui respondere.

CCXI.

CARTA REIMUNDI DE SULLIA DE FEUDO-FIRMA DE BONVILESTONE.

[Penrice Mss.]

Sciant presentes et futuri quod ego Reimundus de Sullia consilio et consensu amicorum meorum concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie Ste Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus in per-

petuam elemosinam illam feudo-firmam quam ROBERTUS de BONEVILL liber homo meus fecit eis de tota terra sua de BONEVILLESTONE ut habeant et teneant pero.........eandem terram de BONEVILLESTONE cum omnibus pertinentibus suis inperpetuum sicut carta dicti ROBERTI quam inde habent testatur libere et quiete ab omni consuetudine et exactione et servitio seculari quod ad me pertinet vel ad heredes meos excepto servitio dimidii militis quod michi et heredibus meis facient predicti monachi et exceptis quadraginta denariis ad wardam de KARDIF et ego et heredes mei warantizabimus hanc concessionem et confirmationem dictis monachis contra omnes homines inperpetuum. Hiis testibus magistro RADULPHO MAILOC WILLIELMO de REIGNY WILLIELMO de SOMERY RICARDO PINCERNA WILLIELMO le H.........GWIDONE WAK ROBERTO SAMSON WALTERO PAGANO GAUFRIDO monacho de NETH PHILIPPO de HALES WILLIELMO de Sto PETRO monacho de MARGAN ROBERTO de LANDMEUTHIN et ESPUS conversis de MARGAN et multis aliis.

CCXII.

DE ATTACHIAMENTO CECILIÆ DE BELLO-CAMPO, ETC.

[P.R.O., 103, M. 5, D. 6.] OCT.—1287.

Placita coram domino Rege apud Westm' in octabis sancti MICHAELIS anno R. R. EDWARDI quinto decimo.

[Somerset.] CECILIA quæ fuit uxor JOHANNIS de BELLO-CAMPO PETRUS de BOSCO ROBERTUS de BELLO-CAMPO persona ecclesiæ de STOKE subtus HAMEDEN WILLIELMUS de GODMANSTON de DYCHELNESTONE ROBERTUS de DRAYCOTE WILLIELMUS de CRUKET attachiati fuerunt ad respondendum GILBERTO de CLARE Comiti GLOUCESTRIÆ et HERTFORDIÆ de placito quare THOMAM filium et heredem JOHANNIS de HANWEY infra ætatem existentem cujus custodia et maritagium ad præfatum Comitem pertinent apud BRINTON

inventum dum idem Comes sub protectione domini Regis per preceptum Regis fuit in obsequio Regis in partibus Wallie vi et armis rapuerunt et abduxerunt contra voluntatem ipsius comitis et contra protectionem Regis predictam et contra pacem etc. Et quod vicecomes SOMERSETE assumpto secum coronatore comitatus sui et aliquo milite fideli Regis de predicto comitatu in propria persona sua accedat usque BRINTON et diligenter inquirat ubi heres ille esset in balliva sua et ipsum ubicunque inventus esset capiat et salvo et secure custodiat ita quod eum haberet hic ad hunc diem ad reddendum cui vel quibus predictorum Comitis et CECILIE PETRI et aliorum reddi debeat et unde idem Comes queritur quod cum quadam IS[ABELLA] que fuit uxor JOHANNIS de HANWEY mater predicti THOME misisset et liberasset predictum THOMAM heredem predicti JOHANNIS apud Prioratum de BRINTON ad opus predicti Comitis salvo custodiendum predicti CECILIA PETRUS et alii predictum heredem apud predictum Prioratum inventum die lune proxima post festum sancti MICHAELIS hoc anno ceperunt et abduxerunt. Unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam mille librarum et inde producit sectam etc.

Et predicti CECILIA PETRUS et alii veniunt et defendunt vim et injuriam quam etc. Et predicti ROBERTUS de BELLO-CAMPO PETRUS et WILLIELMUS de GODMANSTON bene defendunt quod nunquam predictum heredem apud BRINTON inventum rapuerunt nec abduxerunt nec aliquam aliam transgressionem eidem Comiti fecerunt et de hoc ponunt se super patriam. Et predicta CECILIA pro se et ROBERTO de DRAYCOTE et WILLIELMO CRUKET dicit quod ipsa non rapuit predictum heredem contra pacem domini Regis nec in seisina predicti Comitis quia dicit quod predictus JOHANNES de HANWEY pater predicti heredis fuit in custodia cujusdam JOHANNIS de BELLO-CAMPO quondam viri sui et ipsius CECILIE per quinque annos tempore Regis nunc predicto GILBERTO Comite de plena etate existente et nil reclamante et per ipsos fuit maritatus et obiit in homagio ipsius CECILIE et predictus heres

tempore quo predictus JOHANNES pater suus obiit fuit nasciturus unde cum ipsa CECILIA percipiebat ipsum nasci quesivit eum ita quod invenit ipsum heredem cum nutricibus suis extra predictum Prioratum et extra seisinam predicti Comitis et quia intendebat quod predictæ nutrices ducere volebant eum extra Prioratum ipsum heredem fecit ad ipsam duci et fuit de corpore ipsius heredis ratione predicti tenementi in seisina et quod ita sit parata est verificare prout curia consideraverit.

Et predictus Comes dicit quod predictum maritagium ad ipsum pertinere debet ratione cujusdam tenementi in GLAMORGAN apud SANCTUM DONATUM de eo tentum et dicit quod quidam RICARDUS Comes GLOUC' pater suus fuit seisitus de corpore predicti THOMÆ avi predicti heredis ita quod pater predicte CECILIÆ ipsum RICARDUM Comitem implacitavit et implacitando obiit et preterea predictus JOHANNES de ætate sexdecim annorum existens adibat quendam HENRICUM de MONTE-FORTI qui quidem HENRICUS ipsum JOHANNEM maritavit cuidam consanguinee sue et cum idem JOHANNES pervenisset ad plenam ætatem adivit predictum Comitem et finem fecit cum eo per ducentas marcas pro eo quod idem JOHANNES se ipsum maritavit sine licencia ipsius COMITIS et petit judicium desicut pater predictæ CECILIÆ implacitavit predictum RICARDUM COMITEM patrem suum supponendo ipsum esse in seisina de maritagio predicto et obiit placitando et preterea idem JOHANNES filius et heres ejus finem fecit cum predicto GILBERTO pro maritagio predicto per predictas ducentas marcas et preterea idem Comes fuit in seisina de corpore predicti heredis ut predictum est quousque predicti CECILIA et alii ipsum heredem rapuerunt si maritagium predictum ad ipsum Comitem pertinere debeat etc.

Et predicta CECILIA dicit quod antecessores predicti Thomæ tenuerunt predictum manerium de antecessoribus ipsius CECILIÆ per servicium unius militis et quod antecessores ipsius CECILIÆ fuerunt in seisina de maritagio antecessorum predicti THOMÆ cum accidebant et preterea de homagio et

servicio predicti THOMÆ per assignacionem domini Regis factam ipsam contingit in pro parte sua de hereditate predicti patris sui per antiquum feoffamentum ita quod predictus RICARDUS Comes nil habuit in maritagio predicto nisi per occupacionem tempore gwerre et hoc parata est verificare etc.

Et predictus Comes petit judicium desicut pater suus fuit in seisina de maritagio predicti THOMÆ avi etc et pater ipsius CECILIÆ hoc idem supposuit per placitum quod sequebatur versus patrem ipsius Comitis quod quidem placitum ipsa CECILIA bene recognoscit et preterea predictus JOHANNES finem fecit cum predicto GILBERTO Comite pro maritagio, suo si ipsa CECILIA pro voluntate sua ipsum ejicere debeat (?) a seisina sua quam habuit quousque per curiam domini Regis discussum fuerit ad quem ipsorum pertineat maritagium predictum. Dies data est eis de audiendo judicio suo a die S'ti HILLARII in xv dies ubicunque etc.

CCXIII.

CARTA WILL'MI DE DALDENE WALT'RO DE QUERCU ET AGNETE UXORIS EJUS.

[CARNE MSS.] 13 FEB: 1290.

"Sciant presentes et futuri quod ego WILL'MUS de DALDENE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de QUERCU et AGNETA uxori sue unam placeam vacuam in burgo de KAERDIF que quidem placea jacet inter burgagium tunc WILL'MI MARESCALLI in parte occidentali et burgagium tunc JOHANNIS LUDE in parte orientali et extendit se in longitudine a burgagio tunc JOH'NIS ODYN in parte aust'li usque ad regalem viam in parte boreali. Habend' et tenend' predictam placeam cum suis pert'ciis predictis WALTERO QUERCU et AGNETE uxori sue et hered'bus dicti WALTERI sive assignatis de domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et consueta libere

quiete integre bene pacifice et jure hereditario imperpetuum. Reddendo eciam inde annuatim michi et hered'bus meis vel assig'tis tres solidos argenti ad quatuor anni terminos principales equis porcionibus pro omn'bus secular'bus serviciis et demandis que de terris exeunt vel exegi poterunt. Et ego pred'tus W. de DALDENE et her'des mei pred'tam placeam cum pert'ciis pred'tis WAL'RO de QUERCU et AGNETE uxori sue et hered'bus dicti WAL'RI sive assig'tis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus JOHANNE ODYN ROGERO de POLETER' tunc prepositis burgi de KAERDIFF JOH'NE de RAATH THOMA LONGO THOMES ALEYN RICARDO ELYS RICARDO de CANETONE et multis aliis. DATUM apud KAERD' die lune proxima post festum beati THELIAI Episcopi et Confessoris anno regni Regis EDWARDI decimo octavo."

CCXIV.

CONSUETUDO WALLIÆ.

[ABB: PLAC: P. 226. 19 ED: I.] 1290—1.

HUMFRIDUS de BOUN comes HEREFORDIE et ESSEX querens GILBERTUS de CLARE comes GLOUC: et HERTF: defendens cum aliis qui dicunt quod consuetudo WALLIAE diu obtenta talis est quod in casibus ubi contenciones emisserunt inter magnates WALLIAE qui tenent de rege in capite quod antequam querela fiat in curia Regis de predictis contencionibus capi debet quidam dies amoris sive parliamenti qui quidam dies vocatur dies Marchiæ et ibi per vicinos et amicos communes qui sunt quasi justiciarii debent hujusmodi querele proponi et per consuetudinem Marchiæ emendari etc.

CCXV.

CONVENCIO INTER ABB: DE MARGAN ETC.

[HARL: CHART: 75 A. 42.] 1 FEB: 1291.

Hec est convencio facta inter abbatem et conventum de MARGAN ex una

parte et Thomam le Spodur de Bonevilistone ex altera videlicet quod idem Thomas concessit remisit et quietum clamavit pro se et heredibus suis et assignatis inperpetuum dictis abbati et conventui et eorum successoribus unam acram terre arabilis cum una domo et curtilagio in villa de Tudekistowe quam terram domum et curtilagium Thomas filius Roberti cecus quondam tenuit de abbate et conventu de Margan que quidem acra cum pertinenciis jacet inter terram monachorum de Margan et magnam viam que ducit ad communem pasturam que dicitur Neutonis Doune. Habendum et tenendum libere et quiete bene et pacifice absque ulla reclamacione seu retinemento dicti Thome vel heredum suorum seu assignatorum inperpetuum. Pro hac autem concessione remissione et quieta clamacione dictus abbas et conventus concesserunt dicto Thome et heredibus suis duas acras terre arabilis in feodo de Bonevilistone quarum una jacet in campo qui vocatur Rede Lond et altera juxta villam de Bonevilistone quam Rogerus filius Cady quondam tenuit. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis inperpetuum. Reddendo inde annuatim xiiij d. ad duos anni terminos videlicet ad pascha vij d. et ad festum sancti Michaelis vij d. pro omni servicio seculari exaccione et demanda exceptis sectis curiarum dictorum abbatis et conventus. Et post decessum dicti Thome dictus abbas et conventus dictam terram in manu sua tenebunt quousque heredes sui quinque solidos sterlingorum dictis abbati et conventui pro herieto et ingressu suo pacaverint. Et dicti abbas et conventus dicto Thome et heredibus suis dictam terram contra omnes homines warantizabunt acquietabunt et defendent inperpetuum. In cujus rei testimonium dicti abbas et conventus et dictus Thomas huic presenti cyrographo alternatim sigilla sua apposuerunt. Acta apud Margan in vigilia purificacionis beate Marie anno domini m°cc° nonagesimo primo.

CCXVI.

JOHANNES DE BONEVYLE DECLARATIO DE ANNUO REDDITU ABBATI DE MARGAN.

[HARL: CHART: 75 B. 22.] 1302.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit JOHANNES de BONEVYLE filius et heres HENRICI de BONEVYLE de BONEVYLESTON in GLAMORGAN salutem in domino sempiternam. Noveritis me dimisisse et quietum clamasse pro me et heredibus meis sive assignatis in perpetuum abbati monasterii beate MARIE de MARGAN et ejusdem loci conventui quatuordecim solidos sterlingorum de illis quadraginta solidis annui redditus in quibus mihi dicti abbas et conventus tenebantur ad festum beati JOHANNIS baptiste annuatim. Ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum sive assignatorum aliquid juris vel clamii aut calumpnie in illis quatuordecim solidis annui redditus prenominatis de cetero aliquo modo poterimus vendicare in eternum. Pro hac autem dimissione mea et quieta clamacione assignaverunt dicti abbas et conventus domino REYMUNDO de SULLYE domino meo quatuordecim solidos annui redditus in excambium in villa de BRISTOLL' de tenemento illo quod PHILIPPUS le ESPECER quondam de eis tenuit pro quibus prefatus dominus REYMUNDUS de SULLYE me et heredes meos seu assignatos feofavit de quatuordecim solidis annui redditus in excambium de viginti solidis quos MATHEUS EVERRARD et JOHANNA uxor ejus et HUGO filius eorum dicto domino REYMUNDO annuatim solvere consueverunt pro terris et tenementis quas prefati MATHEUS et JOHANNA uxor ejus et HUGO filius eorum de predicto domino REYMUNDO tenuerunt apud HOLETON' in domino de Denys Powys. Ego vero dictus JOHANNES et heredes mei sive assignati dictam dimissionem meam ac quietam clamacionem dictis abbati et conventui contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui et eciam sigillum prefati domini REYMUNDI de SULLYE

una cum sigillo domini SYMONIS de RALEE tunc vicecomitis de GLAMORGAN apponi procuravi. Hiis testibus domino JOHANNE de UMFRAMVYLE domino JOHANNE le WALEYS militibus DAVID BASSET WILLIELMO de BERKEROLES JOHANNE de WYNCESTR' DAVID de la BERE PHILIPPO le SOR RICARDO GOVEL MAURICIO de BONEVYLE et multis aliis. Datum apud KERDIF die nativitatis beati JOHANNIS baptiste anno Domini millesimo trecentesimo secundo.

CCXVII.

CARTA NICHOLAI FILII SIMONIS WALTERO FILIO ALANI.

[CARNE MSS.] JAN. 1305.

Sciant presentes et futuri quo ego NICHOLAUS filius SIMONIS gentil' de COYTIF dedi concessi et presenti carta mea confirmavi WALTERO filio ALANI de LANBLECHYAN decem acras terre arabilis et dimidiam acram prati cum omnibus suis pertinenciis libero tenemento meo in feodo de LANBLECHYAN quarum vero quinque acre jacent simul inter terram JOHANNIS SANDRE ex parte occidentali et terram quam WILLIELMUS DOLEMAN quondam tenuit ex parte orientali cuius unum caput se tendit versus austrum usque ad terram JOHANNIS le MOY WILL'MI PUCH ADAM le MACHON et terram quam WILLIELMUS DOLEMAN quondam tenuit et reliquum caput se tendit versus borialem usque ad terram WILLIELMI LONG. Et quinque vero acre simul jacent inter terram quam JOHANNES filius ROBERTI BRIC quondam tenuit ex parte orientali et eciam ex parte occidentali. Cuius unum caput se tendit versus austrum usque ad terram quam dictus JOHANNES filius ROBERTI quondam tenuit et reliquum caput se tendit versus borialem usque ad terram RICARDI BYVAN THOME RANDOLF WASMEIR BYVAN et terram quam JOHANNES propositus de COUBRIGGE quondam tenuit. Et dimidia acra prati jacet inter pratum domini de PENLYN ex parte boriali et pratum JOHANNIS

le MOY ex parte australi et eciam inter pratum JOHANNIS SANDRE ex parte orientali et pratum quod ROBBERTUS HERBYN quondam tenuit ex parte occidentali. Habendum et tenendum totam predictam terram et pratum cum omnibus suis pertinenciis de capitali domino eiusdem feodi qui pro tempore fuerit predicto WALTERO et heredibus suis vel assignatis libere quiete integre bene et in pace iure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim heredibus dicti JOHANNIS filii ROBERTI BRIT dictus WALTERUS filius ALANI et heredes sui vel assignati unum denarium argenti vel unum par albarium cirothecarum ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis heriettis wardis relieviis sectis curie auxiliis tallagiis et omnibus aliis secularibus demandis ad dictam terram spectantibus. Pro hac autem donacione concessione et presenti carte mee confirmacione dedit mihi predictus WALTERUS filius ALANI quinque marcas et dimidiam sterlingorum premanibus. Et ego vero dictus NICHOLAUS GENTIL et heredes mei vel assignati totam predictam terram et pratum cum omnibus suis pertinenciis ut prescriptum est contra omnes mortales warantizare acquietare et defendere debemus imperpetuum. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio rata stabilis et inconcussa permaneat in eternum hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus THOMA BASSET WILLIELMO le PRIOR JOHANNE LONGO RICARDO le NERBERD JOHANNE CONYAN et multis aliis. Datum apud LANBLECHYAN die Dominica proxima ante festum Sancti PETRI de cathedra anno gracie mccc'mo quinto.

CCXVIII.

CARTA MEURICI AP LEWELINI LEUKY FILIE RIRID.

[CARNE MSS.]

Sciant presentes et futuri quod ego MEURICUS ap LLEWELIN dedi concessi

et hac presenti carta mea confirmavi Leuky filia Birid duas acras et dimidiam terre arabilis cum suis pertinenciis et iacet dicta terra in parochia Sancti Melani videlicet acra una et dimidia iacet in longitudine unum caput extendit se ad terram que fuit Henrici ap Walter ex parte australi et terram filiorum Lewelin ap Bletyn ex parte aquilonali in latitudine inter terram que fuit filiorum Philippi ap Guaur ex parte orientali et occidentali et alia acra iacet cum omnibus pertinenciis in longitudine unum caput extendit se ad terram que fuit Wronoc ap Lewelin ex parte aquilonali et terram que fuit Birid ap Adam ex parte australi in latitudine inter terram que fuit Philippi Goch ex parte orientali et terram que Birid ap Lewelin ex parte occidentali. Habendam et tenendam dictam terram cum suis pertinenciis sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et de heredibus meis vel assignatis libere quiete bene integre plenarie et pacifice iure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim ipsa et heredes sui vel sui assignati michi et heredibus meis vel meis assignatis unum denarium argenti ad festum Sancti Michaelis pro omnibus serviciis secularibus exaccionibus consuetudinibus sectis querelis auxiliis herietis et omnibus aliis demandis que de aliqua terra exeunt vel exiri poterunt imperpetuum. Et ego vero dictus Meuricus et heredes mei vel assignati dicto Leuky filia Birid et heredibus suis vel assignatis predictam terram cum suis pertinenciis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Et pro ista donacione concessione et presentis carte confirmacione dedit mihi predicta Leuky decem solidos sterlingorum pre manibus pacatos in gersumma. Et ut hec donacio concessio et huius presentis carte confirmacio rata stabilis et inconcussa permaneat in eternum ac omnimodo securitatis robur obtineat presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus Wronoe ap Kenewrec Howel ap Ivan Abtrohan ap Wrono Griffin ap Birid Iorverd ap Cradoc Ivor ap Philip Ithael ap Philip et multis aliis.

CCXIX.

CARTA HENRICI WORGAN WILL'MO WALLOT.

[CARNE MSS.]

Sciant presentes et futuri quod ego HENRICUS WORGAN dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLIELMO WALLOT unum messuagium et viginti acras terre arabilis et bosci cum omnibus suis pert'iis simul iacentem in loco vocato NORDON infra feodum de PENNARTH et iacentem inter viam vocatam RIGEWEI in parte australi et terram domini de PENNARTH in parte occidentali et terram domini de COGAN in parte boreali et locum vocatum YE WORBEYSFOTE in parte orientali. Habend' et tenend' dicto WILL'MO et hered'bus suis vel assignatis de me et hered'bus meis et assignatis predictum messuagium et predictam terram et boscum cum omnibus suis pert'iis libere quiete bene et in pace imperpetuum. Reddendo inde annuatim capitali domino feodi illius decem denarios argenti ad duos anni terminos videlicet ad festum S'ti MICHAELIS Archangeli quinque denarios et ad HOCKEDAY quinque denarios et mihi et hered'bus meis unam rosam ad festum nativitatis S'ti JOHANNIS baptiste pro omnibus secularibus serviciis wardis tallagiis auxiliis herietibus sectis curie et pro omnibus aliis demandis. Et ego vero predictus HENRICUS et heredes mei predictum messuagium terram et boscum cum omnibus suis pertin'iis sicut predictum est dicto WILL'MO WALLOT et hered'bus suis vel assig'tis contra omnes gentes mortales warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus WALTERO de REYNY MILONE de REYNY RICARDO de COGAN RICARDO filio GALFRIDI de COGAN PHILIPPO TURGOD WALTERO de COGAN NICHOLAO de PENNARTH iuniore JOHANNE GRONO WILL'MO BAGETRIPE WILL'MO GODMAN RICARDO CRISPO JOHANNE RUMBOLD et multis aliis.

CCXX.

CARTA WILL'MI WALLOT ET SIBILLÆ UXORIS EIUS GALFRIDO FILIO PHILIPPI MARESCALLI.

[CARNE MSS.]

"Sciant presentes et futuri quod ego WILL'MUS WALLOT et SIBILLA uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus GALFRIDO filio PHILIPPI MARESCALLI et JOHANNE filie nostre uxori eius omnes terras et tenementa nostra et redditus cum omnibus suis pertinenciis in KERDIF PENHARTH COGAN et in omnibus aliis locis in comitatu GLAMORG' sine aliquo retinemento. Habendum et tenendum predictis GALFRIDO et JOHANNE et eorum heredibus quos predictus GALFRIDUS de predicta JOHANNE legitime procreaverit libere quiete bene et in pace et jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris unum denarium argenti ad festum sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis secularibus exactionibus et demandis. Et si contingat quod prefata JOHANNA sine herede de corpore predicti GALFRIDI procreato in fata decedat quod absit omnes terre predicte et tenementa cum suis pertinenciis sicut predictum est mihi WILL'MO et SIBILLE uxori mei et meis heredibus quiete revertant et tot taliter imperpetuum remaneant. Et nos predicti WILL'MUS et SIBILLA uxor mea et heredes nostri seu assignati omnes terras et tenementa predicta cum omnibus suis pertinenciis sicut predictum est predictis GALFRIDO et JOHANNA et eorum heredibus quos predictus GALFRIDUS de corpore predicte JOHANNE legitime procreaverit contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Et ut hec nostra donacio concessio et presentis carte nostre confirmacio rata et stabilis imperpetuum permaneat presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus dominus PHILIPPUS de NERBERD WILL'MO de WINCESTRIA JOHANNE le NORREYS RICARDO le FLEMING militibus WALTERO de REYNY PHILIPPO PAYN WALTERO de BARRY et aliis."

CCXXI.

CARTA JOHANNIS TURBERVILE DAVIDO DE LA BEARE ET JOHANNE UXORI EJUS ETC.

[FRANCIS MSS.] 17 SEPT: 1304.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES TURBERVILE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi DAVID de la BEARE et JOHANNE uxori sue ac PETRO filio eorundem et heredibus ipsius DAVID totam villam de LEYSANCESTON cum omnibus redditibus serviciis homagiis feodelitatibus wardis maritagiis releviis herietis eschaetis ac proficuis omnium tenencium ejusdem ville et omnibus ac singulis suis pertinenciis sine aliquo retenimento mei vel heredum meorum. Habendum et tenendum predictis DAVID et JOHANNE ac PETRO et heredibus predicti DAVID et assignatis suis totam predictam villam cum omnibus et singulis appendiciis suis ut predictum est de capitalibus dominis ville antedicte libere quiete integre bene et in pace jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim eisdem dominis unum par calcarium deauratorum vel sex denarios ad Pascha pro omnibus serviciis secularibus exactionibus et demandis. Pro hac autem mea donacione concessione et presentis carte confirmacione dederunt mihi predicti DAVID JOHANNA et PETRUS quadraginta marcas sterlingorum pre manibus. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio rata stabilis et inconcussa in perpetuum permaneat hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Et in testimonium veritatis sigilla ROBERTI de CANTELOW et JOHANNIS de WYNCESTRIE apponi procuravi. Hiis testibus dominis ROBERTO de PENRES WILLIELMO de LANGETON militibus PHILIPPO PURBIGGE PHILIPPO SCURLAGGE ROBERTO MANSEL WILLIELMO HENRY JOHANNE MANSEL HELYN ACE JOHANNE SELEWOLD et aliis. Data apud LEYSANESTON die dominica proxima ante festum sancti MICHAELIS anno regni Regis EDWARDI tricesimo secundo.

TURBYRWILLA CANTELOO WYNCESTR'

CCXXII.

CONVENTIO INTER ABB: DE MARGAN ET W. WRONOU.

[HARL: CHART: 75 A. 43.] 25 JULII 1308.

Anno domini m°ccc° octavo ad festum beati JACOBI apostoli convenit inter dominum THOMAM abbatem de MARGAN et ejusdem loci conventum ex parte una et WILLIELMUM WRONOU de BONEVILESTON ex altera. Ita videlicet quod dicti abbas et conventus uno cum consensu dederunt et concesserunt dicto WILLIELMO et heredibus suis ac suis assignatis duas acras terre arabilis in REDELOND et quinque acras terre juxta vetus castrum a parte boreali de BONEVILESTON' in excambium septem acrarum terre dicti WILLIELMI quas habuit juxta HELLEGOGY in parte occidentali. Habendas et tenendas sibi et heredibus suis sive suis assignatis absque ullo impedimento sive aliqua calumpnia dictorum abbatis et conventus vel successorum suorum imperpetuum. In cujus rei testimonium partes prenominate presenti scripto in modum cyrographi confecto alternatim sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus ROBERTO de CANTELOU WILLIELMO FRAUNKELYN WILLIELMO Thomas MAURICIO le FLEMENG THOMA ADAM et multis aliis.

CCXXIII.

REMISSIO MADOCI AP REES MEURIC WAR AP MEURIC VACHAN JURIS EJUS IN TYRTANGUSTEL.

[FRANCIS MSS.] 18 APRIL 1311.

Pateat universis per presentes quod ego MADOCUS ap REES tam pro me quam pro heredibus meis et assignatis sive executoribus meis remisi relaxavi et omnibus quiete clamavi imperpetuum MEURIC WAR ap MEUR: VACHAN de KILVEY heredibus suis et assignatis totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui in illa terra que vocatur TYRTANGUSTEL in KYLVEY ratione quarundam expensarum quas circa eandem terram

quodam feci quas quidem dictas expensas predictus MEORIC WAR mihi plenarie restituit ita quod nec ego nec heredes mei neque assignati neque executores mei nec aliquis alius per me vel pro me seu nomine meo versus prefatum MEURIC WAR heredes suos vel assignatos aliquam actionem calumpniam sive demandam ratione dicte terre sive dictarum expensarum instigare vel habere sive vendicare poterimus inperpetuum. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum apposui. Hiis testibus RENEWRICO VACHAN tunc Senescallo de KYLVEY JOHANNE TUDER clerico WYLYM ap MEYRIC VACHAN HOWEL ap MORGAN et multis aliis. Datum apud KYLVEY die Dominica proxime post festum sancti GEORGII martyris anno regni Regis EDWARDI filii EDWARDI quarto.

CCXXIV.

CHARTA LEYSANI DE AVENE.

[PENES H. H. VIVIAN BARONETT:.]

Sciant presentes et futuri quod [ego] LEYSAN ap MORGAN dominus de AVENE filius et heres MORGANI VACHAN dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro me et heredibus seu assignatis meis omnibus Anglicanis burgensibus et etiam chenceribus meis de AVENE et eorum heredibus et assignatis omnes libertates in villa mea de AVENE et in toto dominio meo infra limites de AVENE quas habent burgenses de KENEFIG in villa de KENEFIG et infra dominium domini comitis GLOVERNIE et HERTFORDIE quantum in me est. Et dabunt octo lagenas de quolibet bracino pro servicio molendini et pro assisa mihi et heredibus et assignatis meis. Concessi etiam pro me et heredibus meis et assignatis predictis burgensibus et chenceribus meis de AVENE et eorum heredibus et assignatis libere quiete bene et in pace sine aliqua calumpnia housbote et heybote in omnibus nemoribus hominum meorum de me tenencium et optinebunt communem

pasturam libere quiete bene et in pace in perpetuum in omnibus locis silvis pratis pascuis et pasturis tempore aperto super terram meam et etiam illam pasturam in latere de le DINAS quem est inter KARNWENDREZ et locum qui dicitur KAEKEDREZ in longitudine et in latitudine inter terram arabilem de TYRUSDEZ usque ad terram arabilem super le DINAS in omni tempore anni. Et si contingat me aut heredes vel assignatos meos circa aliquam terram claustruram facere et dicta claustrura prostata fuerit per bestias dictorum burgensium seu chenceriorum tenentur eandem claustruram iterum construere. Et etiam habebunt communem pasturam in tempore aperto in omnibus boscis pratis pascuis et pasturis hominum meorum de me tenencium cujuscunque conditionis fuerint. Pro hac autem donatione concessione et presentis carte mee confirmatione dederunt mihi predicti burgenses mei et chencerii quadraginta solidos sterlingorum. Et quia volo quod hec mea donatio concessio et presens carte mee confirmatio robur perpetue stabilitatis optineat hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus domino THOMA tunc abbate de MORGAN ENEA rectore ecclesie de AVENE HENRICO clerico tunc senescallo de AVENE RESO ap MORGAN RESO ap CRADOC et multis aliis.

CCXXV.

INQ: P: MORTEM GILBERTI DE CLARE COM: GLOUC: ET HERT:

[Inq: P: M: 1 ED: II.] 1314—15.

MORGAN abbatia [advocatio abbatie Cisterciensis ordinis.]

CCXXVI.

BREVE REGIS B: DE BADLESMERE DE L: DE AVENE.

[ROT: CLAUS: 8 ED: II. MEM: 13.] 12 MAR: 1315.

Rex dilecto et fideli suo BARTHOLOMEO de BADLESMERE custodi terre de GLAMORGAN in manu sua existentis salutem.

Supplicavit nobis Leysandus de Avene per peticionem suam coram nobis et consilio nostro exhibitam quod cum ipse nuper tempore guerre in partibus de Morgannon per quosdam Wallenses suscitate circa conservacionem pacis nostre ibidem et tumultus ipsorum Wallensium sedandos ac defensionem castri nostri de Kenefeg de suo proprio usque ad summam quadraginta marcarum et amplius expendisset velimus ei aliquam recompensacionem facere graciose. Nos licet idem Leysandus ad defensionem terrarum et bonorum suorum teneatur volentes tamen ei graciam facere in hac parte concessimus ei viginti marcas in subsidium expensarum suarum predictarum hac vice de dono nostro. Et ideo vobis mandamus quod eidem Leysando dictas viginti marcas de exitibus terre predicte liberetis et nos vobis inde in compoto vestro debitam allocacionem habere faciemus.

Teste Rege apud Westmonasteriensem xij die Marcii per peticionem de consilio.

CCXXVII.

CARTA P: DE TURBERVILE JOHANNI ALGER AT ALIE.

[Fonmon mss.] Circa 1316.

Sciant presentes et futuri quod ego Paganus de Turbervile dominus de Coytif filius et heres domini Ricardi de Turbervile dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Johanni Alger et Matildi filie Hamundi de Turbervile consanguinee mee sex acras terre mee arabilis de Henrieston quas prius de me tenuit, Thomas Jove ad voluntatem meam que quidem sex acre iacent a parte boreali pontis de Eweny in latitudine inter viam que tendit a dicto ponte versus Henrieston et parvum cursum aque que currit a parte australi inter eandem terram et pasturam prioris de Eweny que vocatur Milleham in longitudine vero ipse sex acre se extendunt versus orientem ad predictum moram et ad pratum quod de me tenet Sely le Makere de Novo Castro predicta autem mora in latitudine iacet inter

dictam viam que ducit versus HENRIESTON et pratum predicti SELY in longitudine vero versus orientem unum capud se extendit ad pratum quod quondam fuit HENRICI de TURBERVILE et versus occidentem unum capud se extendit ad predictam terram. Habendam et tenendam predictas sex acras terre et moram predictam et cum aliis suis pertinenciis quibuscunque de me et heredibus meis vel assignatis in perpetuum. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis predictis JOHANNI et MATILDI et heredibus vel assignatis eorum libere et quiete bene et in pace integre et jure hereditario meis vel assignatis meis duos solidos argenti pro omnibus serviciis et consuetudinibus secularibus et demandis. Salvis michi et heredibus meis vel assignatis meis duobus sectis tum faciendis per annum ad curiam meam de COYTIF per rationabilem summonicionem una scilicet ad primam curiam quam teneri contingat post festum beati MICHAELIS et alia ad curiam primo tenendam post la HOKEDAYE. Ego vero predictus PAGANUS vel heredes mei vel assignati mei predictas sex acras terre cum mora predicta predictis JOHANNI et MATILDI et eorum heredibus vel assignatis contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium hanc cartam meam presentem sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus PHILIPPO PURBYGGE ALANO DHEDENECK JOHANNI DENYS WILLIELMO filio HAMUNDI de TURBERVILE et ROBERTO de CANTELOW tunc senescallo meo et multis aliis.

CCXXVIII.

INDENTURA CONTRA PAG: DE TURBERVILL DE FEODO ET STAURO AB EODEM RECEPTIS IN MANERIO DE RAATH ET ALIIS MANERIIS.

[EXCH: Q. R. MISCELL. MINISTERS ACCOUNTS. 10 11 EDWARD 1, No. 2. GLAMORGAN. CAL: H. III. H. VII. IN A LEATHER BAG.] APRIL: 1316.

Ista indentura testatur quod vicesimo die Aprilis anno regni Regis

Edwardi nono dominus Johannis Giffard de Brimmesfelde custos terrarum et tenementorum que fuerunt Gilberti de Clare quondam comitis Gloucestrie et Hertfordie in Glamorgan et Morgannon recepit de domino Pagano Turberville nuper custode ibidem omnia animalia et alia bona subscripta in partibus predictis inventa videlicet in castro et Manerio de Neeth j quarterium et dimidium et j hop [?] frumenti xv quarteria avene ij quarteria j busselum et dimidium salis ij affros ix vaccas et iij bovettas. Item in Manerio de Laniltwit j quarterium frumenti x quarteria et vij bussellos mixtillionis xxviij quarteria avene ij affros et xxx[ta] boves cxiiij acras j rodam terre seminatas ad frumentum iiij acras terre seminatas ad fabas iiij acras j rodam terre seminatas ad ordeum et clviij acras dimidiam seminatas ad avenam. Item in Manerio de Lanblethian iiij quarteria dimidium frumenti iiij quarteria iiij bussellos et dimidium mixtillionis ij affros xviij boves et iij vaccas liiij acras j rodam terre seminatas ad frumentum ij acras et iij rodas terre seminatas ad fabas iiij acras j rodam terre seminatas ad ordeum et liiij acras terre seminatas ad avenam. Item in Manerio de Raath xij quarteria avene iij affros xix boves j taurum viij vaccas ij bovettas ij annatos et iiij vitulos xiij acras et dimidiam terre seminatas ad frumentum xxxvij acras et dimidiam rodam terre seminatas ad fabas ij acras et dimidiam terre seminatas ad ordeum et xxiiij acras ij rodas et dimidiam terre seminatas ad avenam. Item in Manerio de Stowe j affrum et viij[ta] boves. In cujus rei testimonium partes predicte huic indenture sigilla sua alternatim apposuerunt. Data apud Kaerdif die et anno supradictis,

Dorso. "Indentura contra Paganum de Turberville de blado et stauro ab eodem receptis in Manerio de Raath et aliis maneriis."

CCXXIX.

COMPOTUS JOHANNIS GIFFARD DE BRYMMESFELD CUSTODIS TERRARUM ET TENEMENTORUM QUE FUERUNT GILBERTI DE CLARE COMITIS GLOUCESTRIE ET HERTFORDIE DEFUNCTI IN MANU DOMINI REGIS EXISTENTIUM IN GLAMORGAN ET MORGANNON DE EXITIBUS EORUNDEM A XX° DIE APRILIS ANNO REGNI REGIS EDWARDI NONO USQUE XXIX^m DIEM SEPTEMBRIS PROXIME SEQUENTEM.

[AB EODEM.]

VILLA DE KAERDIF CUM CASTRO.

Redditus assise. Idem respondet de x li. x s. iiij d. ob. receptis de redditu assise de ccciiij xx burgis cum quibusdam placiis et seldis in villa de KAERDIF ad terminos nativitatis Sancti JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Summa x li. x s. iiij d. ob.

Exitus ville. Idem respondet de viij li. xiij s. iiij d. receptis [de] prisis cervisie in eadem villa per idem tempus. Et ideo minus de lij s. j d. q. quam solebat dimitti ad firmam causa caristie et guerre LEWELINI BREN. Et de xxxvj s. viij d. receptis de tolnetis mercatorum ejusdem ville per idem tempus. Et de xxvj s. viij d. receptis [de] tolnetis nundinarum ad festum apostolorum Petri et Pauli. Et de ij s. v den. receptis de tolnetis maeremii venditi in portu de KAERDIF per idem tempus. Summa xj li. xix s. j d.

Exitus molendinorum. Idem respondet de xv li. v s. vij d. receptis de exitibus molendinorum de KAERDIF per idem tempus et ideo minus causa caristie et guerre. Summa xv li. v s. vij d.

Exitus piscarie. Idem respondet de iiij li. viij s. vj d. receptis de exitibus piscarie gurgitum et aque de TAAF per idem tempus. Et ideo minus quia gurgites defracti fuerunt per inundationem maris. Summa iiij li. viij s. vj d.

Placita et Perquisitiones. Idem respondet de xj s. vj d. receptis de placitis et perquisitionibus dicte ville per idem tempus et ideo minus causa guerre predicte. Summa xj s. vj d. Summa tocius recepte xlij li. xv s. od. ob.

EXPENSE.

Aquietancia et resolucio redditus. Idem computat in acquietancia ij balliorum ville de KAERDIF ad terminos Sancti JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS iiij s. Et in redditu resoluto abbate et conventu de NEETH de xx li. iij s. eisdem abbati et conventui assignatis in villa de KAERDIF per antecessores predicti Comitis pro escambio quarundem terrarum in partibus de NEETH x li. xviij d. Summa x li. v s. vj d.

Custus Molendinorum. Idem computat in grosso maeremio prosternendo in boscis et propriando et cariagio ejusdem a boscis usque molendina pro emendacione molendinorum ibidem v s. Et in emendacione domus dictorum molendinorum prout necesse fuit ut in emendacione murorum et cooperture per idem tempus simul cum musco collecto ad idem xviij d. Et in uno fusillo emendando ibidem simul cum ferro empto ad idem per tres vices ij s. Et in fusillo alterius molendini ibidem emendando per idem tempus xviij d. Et in billis dictorum molendinorum acuendis et acerandis per idem tempus iij s. Et in duobus molariis emptis ad molendina predicta simul cum cariagio eorundem xiij s. viij d. Summa xxvj s. viij d.

Custus piscarie. Idem computat in diversis operariis locatis ad prosternendum et colligendum virgas et aliud maeremium in bosco proprio ad reparacionem gurgitum in aqua de TAAF et in stipendiis eorundem operariorum pro defectubus dictorum gurgitum emendandis per loca ad tascham lxvj s. viij d. Et in una batella empta pro eadem piscaria simul cum una catena ferrea empta xj s. vj d. Summa lxxviij s. ij d.

Custus castri. Et in stipendiis duorum carpentariorum emendantium defectus domorum in eodem castro vento discoopertarum et defectus cujusdam pontis versus turrim per xv dies x s. Et in mille cendulis factis de maeremio domini ad tascham v s. Et in cariagio eorundem de bosco domini usque ad castrum xd. Et in mille clavis emptis pro eodem xx d. Et in plumbo stangno et cepo emptis pro emendacione cooperture turris que

vocatur BLAKECOUR ij s. vj d. Et in stipendio unius plumbarii et garcionis sui emendancium defectus ejusdem turris xv dies vj s. iij d. Summa xxxij s. xj d. [xxvi s. iiid.]

Vadia soluta. Et in vadiis uno janitori ejusdem castri per predictum tempus scilicet per clxiij dies capienti per diem iij d. xl s. ix d. Et in vadiis duorum vigiliariorum ejusdem castri per idem tempus quorum quilibet capit per diem ij d. liiij s. iiij d. Summa iiij li. xv s. jd.

Summa xxj li. xviij s. iiij d.

MANERIUM DE RAATH.

Compotus JOHANNIS GIFFARD de BRIMESFELDE de exitibus manerii de RAATH a xx° die aprilis anno ix° usque in crastinum Sancti MICHAELIS proxime sequentem.

Redditus Assise. Idem respondet de lxxvj s. v d. ob. q. receptis de redditu assise in manerio de RAATH ad terminos nativitatis beati JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS cum redditibus gurgitum. Et de xij d. ob. q. receptis de j libra piperis et dimidia libra cimini venditorum ad terminum Sancti MICHAELIS. Summa lxxvij s. vj d. ob.

Exitus Manerii. Et de xxvj s. viij d. receptis de pastura cxiiij acrarum terre arabilis inculte hoc anno. Et de iij s. x d. receptis de pastura de ANNOTESHAM vendita. Et de lxiij s receptis de herba xlij acrarum prati venditarum et non plus quia lxiiij acre et dimidia roda prati falcabilis pro herba et feno ad equos vicecomitis et constabularii de KAERDIF et ad affros et boves domini Regis ibidem comorantes et residuum remansit non venditum pro defectu emptoris causa guerre. De molendino fullonico nihil quia nondum factum est. Summa iiij li. xiij s. vj d.

Venditio bladi. Et de xxiij s. iiij d. receptis de vij quarteriis avene venditis precii quarterii xl d. Summa xxiij s. iiij d.

Venditio stauri. Et de xxv s. receptis de iij bovettis et ij juvencis venditis quia parvi et debiles precii cujuslibet v s. Et de v s. receptis de vj

vitulis venditis precii cujuslibet x d. Et de x s. receptis de x vitulis venditis. Et de ij d. receptis de coriis ij vitulorum de morina. Et de iiij s. de ij annatibus venditis. Summa xl s. ij d. Item iiij s.

Exitus Daierie. Et de lxxvj s. vij d. receptis de cxxx petris iiij libris casei venditi ut extra de exitibus daierie per idem tempus quelibet petra de pondere xiiij li precii cujuslibet petre vij d. Et de x s. vj d. receptis de xviij petris buttiri venditis ibidem de eodem exitu per idem tempus. Summa iiij li. vij s. vjd. [i d.]

Opera vendita. Et de ij s. iij d. receptis de liiij operibus sarculationis de custumariis de RAATH precii operis ob. Et de iiij s. vj d. receptis de liiij operibus eorundem custumariorum ad collectionem feni precii operis j d. Et de xix s. receptis de cxiiij operibus autumpni de custumariis de RAATH precii operis ij d. Summa xxv s. ix d.

Placita et perquisitiones. Et de iiij s. viij d. receptis de placitis et perquisitionibus curiarum per idem tempus. Summa iiij s. viij d.

Summa tocius recepte xvij li. xij s. v d. ob. Item iiij s.

EXPENSE.

Custus Carucarum. Idem computat in iiij petris ferri emptis pro emendacione ferri ij carucarum per idem tempus xviij d. In j novo vomere empto xij d. In stipendio fabri pro ferramentis faciendis et acuendis xviij d. In diversis ferramentis ad juga bene emendanda et reparanda per idem tempus vj d. Summa iiij s. vj d.

Custus Carectarum et Plaustrorum. Idem computat in j pari novarum rotarum emptarum ad carectam iij s. In ligacione earundem cum veteribus bendis et in vj Gropis et xxx grossis clavis emptis ad idem et vj strakis renovandis ad idem simul cum ferro empto ad idem vj s. viij d. ob. Et in j pari novarum traiciarum de canabo empto pro carecta ix d. Et in j pari novarum rotarum empte ad plaustrum v s. In ligacione earundem cum

veteri ligatura et emendacione bendarum et grossis clavis emptis ad idem simul cum stipendio fabri iij s. vj. In xij gropis cum minutis clavis emptis ad idem pro eisdem rotis ij s. j d. Item in xxx grossis emptis pro quodam altero plaustro ejusdem manerii cum stipendie fabri vj d. Summa xxj s. j d. ob.

Minute necessarie. In ij hominibus locatis per per vj dies ad claudendum cum virgis et palis circa curiam et punfald dicti manerii ij s. In una janua bertone debili et fracta reficienda ad tascham v s. Et in clavis emptis ad eandem portam x d. Et in gunfis et vertevellis et aliis necessariis emptis ad idem xiiij d. Et in brecca muri inter mare et dominicas terras per diversas vices reparanda et emendanda ad tascham xlj s. vj d. Summa l s. vj d.

Emendacio domorum. Idem computat in m[1] m[1] tegulis emptis pro coopertura grangie et boverie ibidem v s. In calce empto ad idem xviij d. In stipendio j tegulatoris circa idem ad tascham ij s. vj d. In emendacione muri lapidei dicte grangie cum calce et petris emptis ad idem ad tascham ij s. Summa xj s.

Custus daerie. In j nova tyna empta ad opus daerie iiij d. In ij bokkettis emptis pro lactacione vaccarum vd. Et in ij ulnis lance tele emptis pro caseo involvendo x d. Et in iij formulis emptis pro caseo faciendo vj d. In coagulo empto pro caseo coagulando vj d. ob. In iiij ollis terreis emptis pro lacte caligando iiij d. In j tripede ferri empto pro eodem iiij d. Summa iij s. iij d. ob.

Empcio bladi. Idem computat in xvij bussellis et dimidio mixtilionis emptis pro liberacione famulorum x li. x s. ix d. precii quarterii xij s. Summa x li. x s. ix d.

Custus prati. Idem computat in lxiiij acris et dimidia et una roda prati falcandis pro averiis ibidem et equis vicecomitis et constabularii de KAERDIF xxvj s. xj d. ob. q. scilicet pro acra v d. In herbagio ejusdem prati dispergendo et fene colligendo adunando et in prato tassando xxj s. vij d. scilicet

pro acra iiij d. In feno tassando in grangia viij d. Summa xlix s. ij d. ob. q.

Custus Autumpnalis. Idem computat in xiij acris dimidia frumenti manusarclandis pro diversis herbis nocuis ibidem crescentibus xiij d. ob. in medio Maii. In eisdem xiij acris dimidia frumenti et ij acris dimidia ordei et xxiiij acris ij rodis et dimidia avene cum sarculis sarclandis xx d. quia pro acra ob. Et in predictis xiij acris dimidia frumenti ij acris dimidia ordei metendis ad tascham viij s. quia pro acra vj d. Et in predictis xxiiij acris avene metendis ad tascham x s. quia pro acra v d. Et in potura unius Riperene comorantis ultra messorem bladi per v. septimanas v s. x d. capientis per septimanam xiiij d. Et in j libra sepi empta pro candelis in autumpno j d. ob. Summa xxvj s. ix d.

Stipendia famulorum. In stipendio j messoris pro dimidio anno iij s, vj d. Et in stipendio j repreve per autumpnum iij s. vj d. In stipendio ij carucariorum tenencium carucas pro dimidio anno vj s. Et stipendio ij fugatorum per idem tempus v s. Et in stipendio J: Daye per idem tempus ij s. Et in stipendio j vaccarii per idem tempus ij s. vj d. Summa xxij s. vj d.

Vadia. In vadiis j prepositi ibidem a xx die Aprilis usque in crastinum Sancti Michaelis proxime sequentis videlicet per clxiij dies primo die computato capientis per diem ij d. xxvij s. ij d. Summa xxvij s. ij d.

Summa omnium expensarum xxj li. vj s. ix d. ob. q.

Dorso. Manerium de Raath.

Avene. Idem respondet de vij quarteriis avene receptis de Pagano de Turberville custode ante ipsum per indenturam. Summa vij quarteria. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Mixtilio. Idem respondet de xvij quarteriis iiij bussellis et dimidio receptis de empcione pro liberacione famulorum. Summa xvij quarteria iiij busselli dimidium. De quibus computat in liberacione j messoris j carectarii iiij famulorum carucariorum et j vaccarii a xx die Aprilis anno nono usque xxix

diem Septembris videlicet per xxiij septimanas et ij dies utroque die computato xv quarteria vj bussellos quorum quilibet capit j quarterium per x septimanas. Et in liberacione J: DAYE ab ultimo die Maii usque xxix diem Septembris videlicet per xx septimanas j quarterium ij bussellos. Et in liberacione j ancille servientis eidem DAYE a xxij die Junii usque xxix diem Septembris videlicet per xiiij septimanas iiij bussellos et dimidium. Summa que prius. Et nihil remanet.

STAURUM.

Affri. Idem respondet de iij affris receptis de predicto PAGANO per indenturam. Et remanent iij affri.

Boves. Et de xix bobus receptis de eodem PAGANO per indenturam. Et remanent xix boves.

Vacce. Et de j tauro viij vaccis receptis de eodem PAGANO per indenturam. Et de ix vaccis receptis de eodem PAGANO per eandem indenturam provenientibus de manerio de NEETH. Et de iij vaccis receptis de eodem PAGANO per indenturam provenientibus de manerio de Lanblethian. Summa xx vacce. Et remanent xx vacce.

Bovetti et juvenci. Idem respondet de ij juvencis receptis de dicto PAGANO per indenturam. Et de iij bovettis receptis de eodem PAGANO per indenturam pro venientibus de manerio de NEETH. Summa v. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Annales. Idem respondet de ij annalibus receptis de eodem PAGANO per eandem indenturam. Summa ij. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Vituli. Idem respondet de iiij vitulis de exitu receptis de prefato PAGANO per eandem indenturam. Et de xvj vitulis receptis de exitu. Summa xx. De quibus computat in decima ij vitulos. Et in morina ij. Et in vendicione ut infra xvj. Summa que prius. Et nihil remanet.

Corea. Idem respondet de coreis ij vitulorum de morina. Summa ij. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Casei. Idem respondet de xlij caseis receptis de exitibus vj vaccarum ab xj die Maii usque xxij diem Junii proxime sequentem primo die computato et non ultimo per xlij dies quilibet caseus de pondere vj li. Et de xxij caseis receptis de exitibus xiij vaccarum a xxij die Junii usque vij diem Julii proxime sequentem primo die computato et non ultimo per xvj dies quolibet die ij caseis ponderis xiij li. Et de ccxxxiiij caseis receptis de exitibus xx vaccarum a vij die Julii usque xxix diem Septembris utroque die computato per lxxviij dies quolibet die iij caseis ponderis xx li. Summa cccviij casei ponderantes cxliiij petras iiij li. quelibet petra de xiiij libris.

De quibus computat in decima xxx caseos ponderantes xiiij petras. Et in vendicione ut infra cclxxviij caseorum ponderantium cxxx petras iiij li. Summa que prius. Et nihil remanet.

Butirus. Et de xviij petris butiri receptis de exitibus predictarum xx vaccarum per tempus predictum. Summa xviij petre. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Opera sarculationis. Idem de liiij operibus sarculationis provenientibus de xviij custumariis in manerio de Raath precii operis j ob. Summo liiij. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Collectio feni. Idem respondet de liiij operibus ad fenum colligendum provenientibus de eisdem custumariis precii operis jd. Summa liiij. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Messio bladorum. Idem respondet de cxiiij operibus ad blada metenda provenientibus de eisdem custumariis precii operis ij d. Summa cxiiij. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

CCXXX.

LEECWYTH.

Compotus Johannis Giffard de Brimesfeld custodis de Glamorgan et Morgannon videlt de exitibus Manerii de Leecwyth a xx° die Aprilis

ANNO REGNI REGIS EDWARDI IX° USQUE XXXIX DIEM DECEMBRIS PROXIME SEQUENTEM PER XXIII SEPTIMANAS ET DUOS DIES.

Redditus assise. Idem reddit compotum de xlj s. iij d. receptis de redditibus liberorum et custumariorum ibidem ad terminos nativitatis Beati JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Summa xlj s. iij d.

Exitus manerii. Et de lvj s. receptis de cccxxxvij acris dimidio unius rode terre frisce et pasture ibidem venditis in grosso per idem tempus et non plus pro defectu emptoris causa guerre. Et de iiij li. x s. receptis de lvij acris dimidio j rode prati venditis in herba ibidem. Et de vj s. viij d. receptis de xviij acris que quondam fuerunt in manibus custumariorum vendite. Et de iij s. receptis de piscaria in aqua de ELY tradita ad firmam per idem tempus. Summa vij li. xv s. viij d.

Vendicio operum. Et de ij s. x d. ob. receptis de lxix operibus custumariorum ad sarculationem in LEECWITH precii operis ob. Et de vij s. viij d. receptis de xxiij operibus ad falcacionem ibidem per idem tempus precii operis iiij d. Et de xj s. vj d. receptis de lxix operibus custumariorum ibidem ad blada metenda precii operis ij d. Et de vij s. ix d. receptis de operibus eorundem custumariorum ad blada metenda precii operis j d. Summa xxix s. ix d. ob.

Placita et perquisiciones. Et de ij s. xj d. receptis de placitis et perquisicionibus curiarum de LEECWITH per idem tempus. Et non plus causa guerre. Summa ij s. xj d. Summa totalis recepta xj li. ix s. vij d. ob.

EXPENSE.

Inde idem computat in acquietancia j prepositi ad duos terminos xij d. Summa xij d.

Minute necessarie. Et in subbosco prosternendo in bosco de LEECWITH pro una nova falda facienda ibidem pro averiis emencium pasturam domini ibidem xij d. Et in portagio ejusdem subbosci a bosco usque ad faldam predictam xiij d. ob. Summa ij s. j d. ob.

Vadia. Et in vadiis j prepositi de LEEKOWITH a gula Augusti usque in crastinum Sancti MICHAELIS proxime sequens primo die computato videlicet per xlij dies capientis per diem ij d. vij s. tantum .quia fuit prepositus et messor per idem tempus non allocantur nisi vij s. de consuetudine. Summa vij s. Summa Expensarum x s. j d. ob.

CCXXXI.

ALBUM MONASTERIUM.

COMPOTUS EJUSDEM JOHANNIS GIFFARD DE EXITIBUS ALBI MONASTERII PER TOTUM TEMPUS SUPRADICTUM.

Redditus assise. Idem respondet de xij s. receptis de redditu assise in manerio de ALBO MONASTERIO ad terminum Sancti MICHAELIS. Summa xij s. Exitus manerii. Idem respondet de lvj s. receptis de cccxxvij acris terre et pasture venditis ibidem per idem tempus. Et de iij s. receptis de herba iij acrarum prati venditarum ibidem. Et de xxxj s. [xxx s.] receptis de pastura lx acrarum terre arrabilis in cultura hoc anno in GRIFFITHESMOR. Et de iij s. receptis de pastura v acrarum dimidie terre in cultura ultra aquam de REMPNI. Et de vj s. receptis de pastura cujusdam hame ibidem. Et de xxvj s. viij d. receptis de xviij acris pasture venditis ibidem. Et de xvj d. receptis de xvj operibus autumpni provenientibus de custumariis ibidem. Summa vj li. viij s.

Molendina. De Molendinis ibidem nichil quia combusta et destructa per guerram.

Exitus piscarie. Et de vj s. receptis de exitibus piscarie ibidem per idem tempus. Summa vj s.

Placita et perquisiciones. Et de xiij d. receptis de placitis et perquisitionibus curiarum de ALBO MONASTERIO per idem tempus et non plus causa guerre. Summa xiij d. Summa totius recepte vij li. vij s. j d.

EXPENSE.

Vadia prepositi. De quibus idem computat in vadiis junius prepositi de ALBO MONASTERIO a xx° die Aprilis usque in crastinum Sancti MICHAELIS per clxiij dies capientis per diem jd. ob. xx s. iiij d. ob. qui solebat capere quarterium frumenti per x septimanas. Summa expensarum xx s. iiij d. ob.

CCXXXII.

COMITATUS GLAMORGANCIE.

COMPOTUS ejusdem JOHANNIS DE EXITIBUS COMITATUS GLAMORGANCIE PER TOTUM SUPRADICTUM TEMPUS.

Redditus assise. Idem respondet de viij s. vij d. receptis de reddite assise diversorum tenencium in comitatu GLAMORGANCIE ad terminos Beate JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Summa viij s. vij d.

Feoda. Et de vj li. xv s. receptis de xxxvj feodis et dimidio et quarta parte unius feodi militis ad custodiam castri de KAERDIF ad terminos invencionis Sancte CRUCIS HOCKEDAY apostolorum PETRI et PAULI assumpcionis Beate MARIE et Sancti MICHAELIS. Summa vj li. xv s.

Firme. Et de xx s. receptis de firma cxliiij acrarum terre et prati in Egliskeynor ad terminos Sancti JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Et de ij d. receptis de firma unius acre terre et pasture quondam REES ap PHELIP ad terminum Sancti MICHAELIS. Summa xx s. ij d.

Placita et perquisiciones. Idem respondet de xx li. iiij s. ix d. receptis de placitis et perquisicionibus comitatus GLAMORGANCIE per idem tempus. Summa xx li. iiij s. ix d. Summa tocius recepte xxviij li. viij s. vj d.

EXPENSE INDE.

Stipendium. Idem computat in stipendio unius ballivi pro dimidio anno vj s. Summa vj s.

Forinsece expense. Et in xv latronibus et fellonibus in dicto comitatu

judicatis suspendi v s. pro quolibet iiij d. In xv cordis emptis pro eisdem xv d. Summa vj s. iij d. Summa omnium expensarum xij s. iij d.

Opera sarculationis. Idem respondet de lxxij operibus sarculationis receptis de xxiiij custumariis in manerio de LEEGWITH quorum quilibet debet iij opera precium cujuslibet ob. Summa lxxij. De quibus computat in acquietancia j prepositi iij opera. In vendicione ut infra lxix. Et nihil remanet.

Opera falcacionis. Idem respondet de xxiiij operibus ad falcacionem pratorum in manerio de LEEGWITH precii cujuslibet operis iiij d. Summa xxiiij. De quibus computat in acquietancia j prepositi j opus. In vendicione ut infra xxiij opera. Et nihil remanet.

Opera ad blada metenda. Idem respondet de lxxij operibus provenientibus de xxiiij custumariis ibidem precii cujuslibet operis ij d. Et de xxiiij[xx] xvj operibus receptis de eisdem custumariis precii cujuslibet j d. Summa clxviij. De quibus computat in acquietancia unius prepositi vj opera. In venditione ut infra clxij. Et nihil remanet.

ALBUM MONASTERIUM.

Opera autumpnalia. Idem respondet de xvj operibus autumpnalibus provenientibus de custumariis de ALBO MONASTERIO per idem tempus precii operis j d. Sum: xvj. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

[MEMB: 4.]

MANERIUM DE LANBLETHIAN CUM PATRIA ET CASTRO DE TALVAN ET LANHARY.

Redditus assise. Idem respondet de xxv li. xj s. vij d. de redditu assise liberorum et custumariorum apud LANBLETHIAN et TALVAN videlicet ad festum Sancti JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Et de iiij s. receptis de ij esperveriis provenientibus de redditu venditis ibidem. Sum: xxv li. xv s. vij d.

Exitus manerii. Idem respondet de v s. receptis de herbagio et fructu gardinorum ibidem per idem tempus. Et de xviij s. iiij d. receptis de pastura

lv acrarum terre arrabilis apud LANBLETHIAN que non seminabantur hoc anno. De pastura cxlv acrarum terre arrabilis apud LANBLETHIAN et TALEVAN nihil respondet pro defectu emptorum causa guerre. Et de xxxix acris et dimidia prati nihil respondet quia falcantur pro feno ad equos ballivi ibidem et pro averiis domini Regis ibidem commorantibus. Et de xvij s. receptis de xxxiij acris prati montani venditis in grosso apud TALEVAN et ideo minus causa guerre pro defectu emptoris. Et de x s. de xxviij acris pasture venditis ibidem in grosso. Et de v s. receptis de xxxvj acris pastura venditis apud LANBLETHIAN per idem tempus et non plus quia residuum pascebatur cum averiis ibidem commorantibus. Et de xxiiij s. receptis de proficuo et agistiamentis animalium in boscis ibidem per idem tempus et non plus pro defectu emptorum causa guerre et propter latrones commorantes in dictis boscis post guerram. Nichil de turbaria ibidem per idem tempus eadem causa. Et de lxvj s. viij d. receptis de auxilio WALENSI de TALEVAN quod dicitur Commorth hoc anno. Sum: vij li. vj s.

Exitus molendinorum. Idem respondet de vij li. vj s. viij d. de exitibus iij molendinorum aquaticorum et j molendini ventritici ibidem per idem tempus. Et de xviij s. receptis de exitibus j molendini fullonici per idem tempus. Sum: viij li. iiij s. viij d.

Opera vendita. Idem respondet de ij s. viij d. receptis de proficuo operum j custumarii qui debet reparare quinque carucas et ferramentum j affri et eciam j custumarii qui debet facere rotas plaustri et carecte. Et de vj s. v d. receptis de cliiij operibus sarculacionis provenientibus de custumariis apud LANBLETHIAN precii operis ob. Et de vj s. iiij d. receptis. de xxxviij operibus falcacionis de eisdem custumariis venditis ibidem precii operis ij d. Et de vj s. iiij d. receptis de lxxvj operibus ad fenum colligendum provenientibus de custumariis ibidem venditis precii j d. Et de ix d. receptis de ix operibus custumariorum ibidem ad fenum tassandum precii operis j d. Et de lxxj s. iiij d. receptis de DCCCLVJ operibus autumpni provenientibus de

custumariis de LANBLETHIAN et TALEVAN ibidem venditis precii operis j d. Et de iij s. vij d. ob. receptis de xxix operibus ad blada carianda provenientibus de eisdem custumariis precii operis j d. ob. Et de ix d. receptis de ix operibus ad blada tassanda provenientibus de eisdem custumariis precii operis j d. Sum: iiij li. xviij s. iij d. ob.

Placita et perquisiciones. Et de vj li. iij s. receptis de placitis et perquisiciones curiarum de LANBLETHIAN et TALEVAN per idem tempus. Sum: vj li. iij s.

LANHARY.

Redditus assise. Idem respondet de xxiij s. iiij d. ob. receptis de redditu assise de LANHARY. Sum: xxiij s. iiij d. ob.

Exitus manerii. Et de xxxiij s iiij d. receptis de pastura cxxxiij acris et dimidia terre inculte ibidem hoc anno. Sum: xxxiij s. iiij d. probatur. Summa tocius recepte lv li. iiij s. iij d.

EXPENSE.

Acquietancia et resolucio redditus. Idem computat in acquietancia redditus j preposite et j messoris apud LANBLETHIAN ad terminos Sancti JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS xviij d. Et in redditu resoluto abbati et conventui de NEETH in parte solucionis c li. xj li. xij s. ix d. ob. q.

Custus carucarum. Idem computat in iiij peciis ferri emptis pro emendacione ferrorum ij carucarum xxij d. Et in stipendio fabri emendantis et acuentis dicta ferra per vices prout necesse fuerit simul cum aliis minutis necessariis emptis ad idem ij s. viij d. Et in ij novis carucis faciendis de manerio domini ad tascham viij d. Sum: v s. ij d.

Custus carectarum et plaustrorum. Et in j rota carecte de toto religanda cum veteribus bendis simul cum emendacione alterius rote ejusdem carecte et cum viij strakis emendandis et elongandis pro eodem cum stipendio fabri iij s. Et in liiij grossis clavis emptis ad idem xiij d. In eadem carecta de

nova axanda et emendanda per vices ij d. Et in viij takkis emptis ad eandem carectam simul cum clavis emptis ad idem x d. In j pari novarum rotarum empto ad plaustrum v s. Et in eisdem rotis de novo ligandis cum vetere benda simul cum nova benda empta ad idem xvj d. Et in grossis emptis ad idem una cum veteribus strakis emendandis xij d. Et in ij plaustris de novo axandis et in corporibus eorundem reparandis et reficiendis contra autumpnum xvj d. In xvj cluttis pro plaustris et viij cluttis pro carectis ij s. viij d. Et in cc clavis emptis pro eodem iiij d. In sepo et uncto emptis pro carectis et plaustris xvj d. Sum: xviij s. j d.

Emendacio domorum. Idem computat in musco colligendo pro emendacione grangie et boverie et aliarum domorum in curia ubi necesse fuit vij d. In mille tegulis emptis ad idem ij s. In stipendio j tegulatoris emendantis defectus domorum predictarum [qui] per xx dies operabit vs. capientis per diem iij d. In garcione locato ad deserviendum eidem per idem tempus xx d. In ij quarteriis calcis emptis ad idem viij d. Sum: ix s. xj d.

Custus molendinorum. Idem computat in una rota exteriori unius molendini fracta emendanda ad tascham ij s. vj d. In cc clavis emptis ad idem viij d. In emendacione fusilli ejusdem molendini et ij aliorum molendinorum aquaticorum per plures vices iij s. vj d. Et in emendacione fusilli molendini ventritici per idem tempus vj d. Et in biles pro eisdem molendinis acerandis et acuendis per idem tempus iiij s. vj d. In xvj ulnis de canabo emptis pro molendino ventritico iiij s. precii ulne iij d. Sum: xv s. viij d.

Empcio bladi. Et in iiij quarteriis iij bussellis et dimidio mixture emptis pro liberacione famulorum liij s. iij d. Sum: liij s. iij d.

Custus prati. Et in xxxix acris dimidia prati falcandis pro feno ad averia domini Regis et ad equos vicecomitis et ballivi xvj s. v d. ob. scilicet pro acra v d. Et in eisdem acris et dimidia dispergendis adunandis et in prato tassandis xiij s. iiij d. ob. scilicet pro acra iiij d. plus in toto ij d. ob. In ij hominibus locatis per ij dies ad tassandum fenum in grangia vj d. Sum: xxx s. iiij d.

Custus autumpnalis. Idem computat in l acris frumenti manusarclandis de herbis nocivis in eo crescentibus scilicet ad tascham v s. x d. scilicet circa festum invencionis Sancti CRUCIS. In liiij acris j roda frumenti cum sarclis sarclandis circa festum Sancte JOHANNIS baptiste ij s. iij d. ob. Et in liiij acris avene sarclandis ad tascham iij s. iiij d. ob. scilicet pro acra ob. q. Et in liiij acris j rode frumenti iiij acris j roda ordei metendis ad tascham xxix s. iij d. scilicet pro acra vj d. Et in liiij acris avene metendis ad tascham xxij s. vj d. scilicet pro acra v d. In potura unius ripereve existentis ultra metentis blada per v septimanas v s. x d. capientis per septimanam xiiij d. Et in j li. de sepo empto pro lumine ad opus ballivorum et famulorum in autumpno jd. ob. Sum: lxix s. ij d. [j d. ob.]

Stipendia famulorum. In stipendio j carectarii ij tenatorum carucarum per estatem et autumpnum ix s. cuilibet illorum iij s. In stipendiis ij fugatorum per idem tempus v s. In stipendio unius ripereve per autumpnum iij s. vj d. Sum: xvij s. vj d. probatur. Sum: omnium expensarum xxiij li. xiij s. j d. ob. q. [xj s. x d. ob. q.]

VILLA DE COUBRIGGE.

Redditus assise. Idem respondet de vij li. xv s. iij d. receptis de redditu assise burgi ville de COUBRIGGE ad terminos Beati JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS simul cum redditu xvj acrarum terre et iij rodarum tradito burgensibus. Sum: vij li. xv s. iij d.

Exitus. Et de lij s. receptis de prisa cervisie ibidem per idem tempus et non plus causa guerre et propter caristiam. Et de xxvj s. viij d. receptis de tolnetis mercati ejusdem ville simul cum nundinis ibidem ad festum invencionis Sancte CRUCIS. Sum: lxxviij s. viij d.

Placita et perquisiciones. Idem respondet de xx s. v d. receptis de placitis et perquisicionibus curiarum per idem tempus ibidem. Sum: xx s. v d. Sum: tocius recepte xij li. xiiij s. iiij d.

Expense.

Acquietancia et resolucio redditus. Idem computat in acquietancia redditus ij ballivorum ejusdem ville per idem tempus xij d. Et in redditu resoluto abbati et conventui de Neeth in parte solucionis c li. vij li. vj s. iij d. ob. q. videlicet pro dimidio anno. Summa omnium expensarum vij li. vij s. iij d. ob. q.

Lanblethian.

Frumentum. Idem respondet de iiij quarteriis dimidio frumenti receptis de Pagano de Turberville custode ante ipsum per indenturam. Summa iiij quarteria dimidium. Et liberavit ad liberacionem famulorum. Unde respondet inferius quia debile et putridum. Et nil remanet.

Mixtura ad liberacionem famulorum. Idem respondet de iiij quarteriis dimidio debilis frumenti receptis ab liberacionem famulorum ut supra. Et de iiij quarteriis iij bussellis et dimidio mixture receptis de empcione ad idem. Et de iiij quarteriis iiij bussellis et dimidio receptis de predicto Pagano. Summa xiij quarteria dimidium. Unde computat in liberacione unius messoris j carectarii et iiij carucarum a xx° die Aprilis usque xxix diem Septembris per xxiij septimanas et duos dies xiij quarteria dimidium quorum quilibet cepit quarterium per x septimanas. Et nihil remanet.

Compotus Instauri.

Affri. Idem respondet de ij affris provenientibus de manerio de Neeth. Summa ij. Et remanent ij affri.

Boves. Et de xviij bobus receptis de predicto Pagano per predictam indenturam. Et remanent xviij boves.

Vacce. Et de iij vaccis receptis de eodem Pagano. Et mittantur apud Raath. Et nihil remanet hic.

Esperveria. Et de ij esperveriis receptis de redditu assise in manerio de

LANBLETHIAN. Et venduntur infra in capite de redditu assise. Et nihil remanet.

COMPOTUS OPERUM.

Opera sarculationum. Idem respondet de clxij operibus sarclature provenientibus de xl custumariis dimidio ibidem per idem tempus quorum quilibet debet iiij opera precii operis ob. Summa clxij.
De quibus computat in acquietancia j messoris et j prepositi viij operum. Et in vendicione ut infra cliiij. Sum: que prius. Et nihil remanet.

Opera falcacionis. Et de xl operibus falcacionis provenientibus de predictis custumariis per idem tempus precii cujuslibet operis ij d. Summa xl opera. Unde computat in acquietancia j prepositi et j messoris ibidem ij opera. In vendicione ut infra xxxviij. Et nihil remanet.

Opera ad colleccionem feni et cariagium. Idem respondet de iiij^{xx} operibus ad colleccionem et cariagium feni ibidem precii operis j d. Summa iiij^{xx}. Unde computat in acquietancia j messoris j prepositi iiij opera. In vendicione ut infra lxxvj. Et nihil remauet.

Opera ad fenum tassandum. Idem respondet de ix operibus ad fenum tassandum provenientibus de eisdem custumariis ibidem. Summa ix. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

Opera autumpnalia. Idem respondet de DCCCLVJ operibus autumpnalibus receptis de predictus custumariis per idem tempus precii operis j d. Summa DCCCLVJ. Unde computat in acquietancia j messoris j prepositi per idem tempus xlviij opera. In acquietancia j bedelli facientis summoniciones curie et alias execuciones dicti manerii per idem tempus xij opera. In vendicione ut infra. Summa que prius. Et nihil remanet.

Opera ad blada carianda et tassanda. Idem respondet de xl operibus receptis de predictis custumariis ad blada carianda et tassanda ibidem precii operis j d. ob. Sum: xl. Unde computat in acqietancia j messoris et j

prepositi ij opera. In vendicione xxxviij unde de tassacione ix. Et nihil remanet.

MANERIUM de LANILTWYT CUM RUTHYN.

Redditus assise. Idem respondet de xiij li. xix s. ob. q. receptis de redditu assise tam liberorum quam custumariorum in manerio de LANILTWYT et RUTHYN ad terminos Beati JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Et de iiij d. receptis de viij ferris equinis receptis de redditu assise. Summa xiij li. xix s. iiij d. ob. q.

Exitus manerii. Idem respondet de ij s. vj d. de exitibus j columbarii ibidem per idem tempus. Et de iij s. de herbagio et urticis in curtilagio ibidem venditis. Et de lv s. receptis de pastura cxx acrarum terre arabilis inculte hoc anno. Et de lj s. receptis de clxx acris pasture ibidem venditis per idem tempus et non plus quia residuum pascebatur cum averiis domini. De pastura montanea apud RUTHYN nichil pro defectu emptorum causa guerre. Et de vj s. viij d. receptis de exitibus foreste de GARTHMAYLOK per idem tempus. Et non plus pro causa predicta. Sum: cxviij s. ij d.

Exitus molendinorum. Idem respondet de vij li. vj s. viij d. receptis de exitibus iij molendinorum aquaticorum et j molendini ventritici ibidem per idem tempus. Sum: vij li. vj s. viij d.

Vendicio bladi. Idem respondet de iiij li. x s. receptis de xxvij quarteriis avene ibidem venditis precii quarterii xl d. quia debilis pro garnestura. Sum: iiij li x s.

Opera vendita. Idem respondet de iij s. j d. receptis de servicio quorundam liberorum tenencium qui debent reparare vj ferra carucarum per idem tempus ibidem. Et de lxix s. vj d. ob. receptis de M^lDCLXIX minutis operibus provenientibus de custumariis de LANILTWYT per idem tempus precii operis ob. Et de vj s. viij d. receptis de xx operibus ad falcacionem pratorum provenientibus de custumariis ibidem precii operis iiij d. Et de xiij li.

xviij s. iiij d. receptis de M^lDCLXX operibus ad blada metenda provenientibus de custumariis ibidem precii operis ij d. Et de vij li. ix s. viij d. receptis de M[l]DCCIIIJ[xx]XVJ operibus autumpnalibus provenientibus de custumariis predictis precii cujuslibet operis j d. Et de ij s. receptis de predictis custumariis pro operibus ad cariandum virgas ad faldas domini precii operis ob. Sum: xxv li. ix s. iij d. ob.

Placita et perquisiciones. Idem respondet de vj li. ix d. ob. receptis de placitis et perquisicionibus curiarum ANGLICANORUM et WALLENSIUM de LANILTWIT et RYTHYN per idem tempus. Et de liij s. vj d. receptis de tolnetis mercati de LANIĹTWIT et portuum de Aberthau BÀRRY et OGEMOR per idem tempus. Sum: viij li. xiiij s. iij d. ob. Summa tocius recepte lxv li. xvij s ix d. ob. q. et v d. de x estivalibus venditis super compotum.

EXPENSE.

Resolucio redditus et acquietancia. Idem computat in resolucione redditus abbati et conventui de NEETH in parte solucionis c li. eisdem assignati xij li. xviij s. vj d. ob. In acquietancia redditus j prepositi j bedelli et j messoris pro dimidio anno iij s. Sum: xiij li. xviij d. ob.

Custus carucarum. Et in ij novis vomeribus emptis ibidem xx d. Et in v peciis ferri emptis pro emendacione ferri v carucarum per idem tempus ij s. viij d. Et in stipendio fabri emendantis dicta ferra per idem tempus ij s. vj d. Et in iiij novis carucis faciendis ibidem de maeremio domini ad tascham xvj d. In xviij novis jugis faciendis de maeremio ad tascham xviij d. Sum: ix s. viij d.

Custus carectarum et plaustrorum. Et in emendacione rotarum j carecte ibidem x d. Et in viij strakis et l grossis clavis emptis ad idem xx d. ob. In stipendio fabri circa idem opus viij d. Et in una sella ad carectam empta ibidem cum toto apparatu xij d. Et in emendacione ij colariorum equinorum iij d. Et in j pari novarum rotarum empto ibidem ad plaustrum v s. Et in

eisdem rotis ligandis cum veteribus bendis simul cum ij novis bendis xxx grossis clavis emptis ad idem et cum stipendio fabri ij s. vj d. Et in vj novis gropis cum minutis clavis emptis ad idem xij d. Et in emendacione iiij parium veterum rotarum plaustrorum et in ix bendis fractis reficiendis et elongandis simul cum c grossis clavis emptis ad idem cum stipendio fabri pro eodem iij s. vj d. Et in v plaustris de novo axandis et in corporibus eorundem renovandis et in carpentariis pro eodem ij s. iij d. Et in xx takkis emptis ad idem iij s. iiij d. una cum clavis emptis ad idem. In sepo et uncto emptis pro eisdem carectis et plaustris per estatem et autumpnum ij s. Sum: xxiiij s. ob.

Emendacio domorum. Idem computat in D tegulis emptis pro reparacione grangie et boverie et aliarum domorum ibidem per idem tempus xij d. In stipendio j tegulatoris emendantis defectus dictarum domorum ad tascham ij s. vj d. In musco colligendo pro eodem iiij d. Sum: iij s. vj d.

Custus molendinorum. Idem computat in emendacione iij fusillorum pro tribus molendinis aquaticis ibidem per idem tempus iij s. In renovacione eris cujuslibet molendini simul cum iiij li. eris emptis ad idem xviij d. Et in emendacione ij rotarum exteriorum de duobus molendinis ibidem ad tascham v s. x d. In clavis emptis ad idem xvj d. Et in j carpentario locato pro bordis et alio maeremio ad idem preparandis in bosco domini per iiij dies xvj d. Et in j molari empto pro uno molendino ibidem vij s. j d. In vj billis ad tria molendina ibidem ascerandis et acuendis per idem tempus iiij s. vj d. Et in sepo et uncto emptis pro molendinis ibidem xviij d. Et in xiij ulnis de canabo empto ad molendinum ventriticum ibidem iij s. iij d. precii ulne iij d. In emendacione fusilli ejusdem molendini ventritici per idem tempus vj d. Sum: xxix s. x d.

Empcio bladi. Idem computat in xv quarteriis j bussello mixture emptis pro liberacione famulorum ix li. xviij d. precii quarterii xij s. Summa patet.

Empcio stauri. Idem computat in iiij bobus emptis pro carucis ibidem liiij s. iiij d. Summa patet.

Custus pratorum. Idem computat in xxviij acris prati falcandi ibidem xj s. viij d. In herba ejusdem prati dispergenda et feno inde colligendo adunando et tassando iij s. et residuum per famulos. Sum: xiiij s. viij d.

Custus autumpnalis. Sarculacio xx s. vj d. Idem computat in c acris frumenti manusarclandis ad tascham in principio Maii pro diversis herbis nocivis ix s. Et in cxiiij acris j roda frumenti clviij acris dimidia avene cum sarclis sarclandis xj s, vj d. Et in cxiiij acris j roda frumenti iiij acris j roda ordei metendis ad tascham lix s. iij d. scilicet pro acra vj d. Et in clviiij acris dimidia avene metendis ad tascham lvi s. ob. pro acra iiij d. q. In j lo. sepi empto pro candelis in autumpno j d. ob. In potura j ripereve existentis ultra metentis blada per .vj septimanas vij s. capientis per septimanam xiiij d. Summa.

Stipendia famulorum. Idem computat in stipendiis j carectarii et v carucariorum ibidem per idem tempus xviij s. cuilibet illorum iij s. Et in stipendiis v fugatorum ibidem [per idem] tempus xij s. vj d· cuilibet illorum ij s. vj d. In stipendio j ripereve per autumpnum iij s. vj d. Sum: xxxiiij s. Sum: omnium expensarum xxxvij li. vj s.

Frumentum. Idem respondet de j quarterio frumenti recepto de Pagano de Turberville per indenturam. Et liberavit ad liberacionem famulorum quia debile unde respondet inferius. Et nihil remanet hic.

Avena. Idem respondet de xxviij quarteriis avene receptis de dicto Pagano per indenturam. Sum: xxviij. Unde computat in potagio famulorum in autumpno j quarterium. In vendicione ut infra xxvij quarteria. Et nihil remanet.

Mixtura pro liberacione famulorum. Idem respondet de j quarterio debilis frumenti supra recepto ad liberacionem famulorum. Et de x quarteriis vij bussellis mixture receptis de predicto Pagano. Et de xv quarteriis j bussello

mixture receptis ad idem. Sum: xxvij quarteria. Unde computat in liberacione j messoris j carectarii et x carucariorum a xx° die Aprilis anno ix usque xxix diem septembris proxime sequentem per xxiij septimanas et ij dies utroque die computato xxvij quarteria quorum quilibet cepit quarterium per x septimanas. Summa que prius. Et nihil remanet.

COMPOTUS INSTAURI.

Affri. Idem respondet de ij affris receptis de dicto PAGANO per indenturam. Sum: ij. Et remanent ij affri.

Boves. Idem respondet de xxx bobus receptis de dicto PAGANO per indenturam. Et de iiij^or^ bobus de empcione. Sum: xxxiiij^or^. Et remanent xxxiiij boves.

Ferra equorum. Et de viij ferris equorum receptis de redditu ad terminum Sancti MICHAELIS. Sum: viij. Et venduntur infra in capite de redditu assise. Et nihil remanet.

COMPOTUS OPERUM.

Minuta opera. Idem respondet de M^l^DCCxlvj operibus manualibus provenientibus de custumariis de LANILTWIT a xx° die Aprilis usque gulam Augusti per xiiij septimanas et iiij dies scilicet per septimanam cxix opera precii operis ob. Sum: M^l^DCCxlvj. Unde computat in acquietancia j preposti j messoris j bedelli per idem tempus lxvj. In vendicione ut infra M^l^DClxix. Et super compotum x. Et nihil remanet.

Falcacio. Et de xx operibus ad falcacionem pratorum provenientibus de predictis custumariis precii operis iiij d. Sum: xx. Et venduntur infra. Et nihil remanet.

Opera autumpnalia. Et de M^l^DCCxxx operibus autumpnalibus provenientibus de predictis custumariis precii cujuslibet operis ij d. Et de M^l^DCCClvj operibus autumpnalibus provenientibus de eisdem custumariis et de coterellis

ibidem precii cujuslibet operis j d. Sum: $\text{M}^{l}\text{M}^{l}\text{M}^{l}\text{Diiij}^{\text{xx}}$ vj. Unde idem computat in acquietancia j prepositi j messoris et j bedelli cxx. In vendicione ut infra $\text{M}^{l}\text{M}^{l}\text{M}^{l}\text{ccoclxvj}$. Sum: que prius. Et nihil remanet.

Opera ad virgas cariandas. Et de xlviij operibus ad virgas cariandas pro falda domini precii operis ob. Sum: xlviij. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

CCXXXIII.

VILLA DE KENEFEG CUM CASTRO.

[MEMB: 6.]

Redditus assise. Idem respondet de lxxj s. receptis de redditu assise de c burgagiis ville de KENEFEG ad terminos beati JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Et non plus quia xlij burgagia que solebant reddere per idem tempus xxj s. combusta fuerunt in guerra et tenentes recesserunt et burgagia remanent vacua. Et de iiij s. vj d. de redditu coterellorum ibidem ad terminum Sancti MICHAELIS. Et de vj s. v d. receptis de certo redditu pro warda castri ad terminum de HOKKEDAY. Et de xxxv s. de redditu viij liberorum tenencium ibidem ad terminos Beati JOHANNIS baptiste Sancti JACOBI et Sancti MICHAELIS. Sum: cxvj s. x d.

Firme. Idem respondet de ix li. v js. viij d. receptis de firma grangiarum de PENNCHMOIL et PORTREVESHANOK traditarum abbati de MORGAN ad feodi firmam per antecessores comitis et eciam de firmis duorum molendinorum ibidem per idem tempus. Sum: ix li. vj s. viij d.

Exitus Manerii. Idem respondet de ij s. vj d. receptis de quadam pastura que vocatur CONYNGER vendita per idem tempus et ideo minus quia submersa per mare in magna parte. Et de xxxviij s. receptis de xxxviij acris dimidia terre-arrabilis inculte venditis abbati de MORGAN in grosso. Et non plus pro defectu emptorum causa guerre. Et de xxij s. receptis de herba

xxiiij acrarum prati ibidem venditis per idem tempus. Sum: lxij s. vj d.

Placita et perquisiciones. Idem respondet de xxiij s. receptis de placitis et perquisicionibus curiarum de KENEFEG per idem tempus. Et de xxvj s. viij d. receptis de tolnetis mercati et nundini ad festum Sancti JACOBI ibidem et tolneto de LANGUNYTH et nundino de NOVO CASTRO per idem tempus. Et ideo minus causa guerre. Et de xvij s. vj d. de prisa cervisie ville de KENEFEG per idem tempus. Et non plus quia magna pars ville combusta fuit in guerra. Sum: lxvij s. ij d. Sum: tocius recepte xvj li. xiij s. iij d.

EXPENSE.

Acquietancia redditus. Idem computat in acquietancia redditus unius serjantis et j prepositi burgi de KENEFEG per dimidium annum ij s. vj d. In decasu redditus xlij. burgagiorum in villa de KENEFEK ad terminos nativitatis Sancti JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS xxj s.

Forinsece expense. Idem in ij latronibus suspendendis ibidem viij d. In ij cordis emptis ad idem ij d. In calefurciis novis faciendis pro latronibus suspendendis ad tascham vj d. Sum: xvj d.

Custus Castri. Idem computat in M[l]M[l] scendulis emptis pro reparacione et emendacione domorum in castro viij s. In stipendio unius carpentarii facientis et ponetis dictas scendulas ad tascham et emendantis alios defectus domorum in castro dimidiam marcam. In clavis emptis ad idem ij s. Sum: xvj s. viij d.

Vadia quia non in compoto BART[OLOMEI.] Idem computat in vadiis j vigilatoris existentis in castro pro dubio guerre a xx° die Aprilis usque xxix diem Septembris per clxiij dies capientis per diem ij d. xxvij s. ij d. Sum: xxvij s. ij d. Sum: xxvij s ij d. Summa. omnium expensarum.

PATRIA DE LANGUNITH.

Redditus assise. Idem respondet de vj li. xv s. x d. ob. receptis de redditu

assise ad terminos Sancti PETRI ad vincula et Sancti MICHAELIS. Sum: vj li. xv s. xd. ob.

Exitus manerii. Et de xv s. de advocacione extraneorum ad terminum Sancti MICHAELIS et non plus quia plures ex illis WALENSIBUS interfecti fuerunt in guerra et plures recesserunt de patria causa guerre. De dominicis terris que sunt inter WALENSES nihil respondet hoc anno pro defectu emptorum causa guerre. Sum: xv s.

Firma. Et de ij s. receptis de firma piscariarum de GAREWE et THLEWENNY per dimidium annum. Sum: ij s.

Placita et perquicita. Et de cvij s. receptis de placitis et perquicitis ibidem per idem tempus et eo minus causa guerre. Sum: cvij s. Summa totius recepte xij li. xix s. x d. ob.

EXPENSE.

Forinsece expense. Idem computat in viij locatis ad conducendum REES ap HOWEL et LEWELINUM TROTTYNG latrones et felones de LANGUNIT usque KAERDIF xvj d. Summa xvj d.

Stipendium. Et in stipendio j bedelli colligentis supradictos exitus per dimidium annum v s. Sum: v s. Summa omnium expensarum.

VILLA DE NEETH CUM CASTRO.

Redditus assise. Idem respondet de lxiiij s. q. de redditu assise burgagiorum ejusdem ville ad terminos nativitatis Sancti JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Et de vj s. ix d. ob. q. receptis de placeis de novo arentatis. Et de iij s. vij d. de redditu coterellorum per idem tempus. Sum: lxxiiij s. v d.

Molendina. De molendinis ibidem nihil per idem tempus quia combusta fuerunt per ultimam guerram.

Exitus ville. Idem respondet de vj s. de tolnetis nundini ad festum Sancti

MARGARETE et mercati ibidem per predictum tempus. Et non plus causa guerre. Et de v s. receptis de prisa cervisie ibidem per idem tempus. Et non plus causa guerre. Summa xj s.

Exitus piscarie. Idem respondet de iij s. receptis de exitibus piscarie ibidem per idem tempus. Summa iij s.

Placita et perquicita. Idem respondet de xx s. [de] perquicitis hundredi ville predicte per predictum tempus. Sum: xx s. Summa tocius recepte cviij s. v d.

EXPENSE.

Redditus resolutus acquietancia et defectus. Idem computat in redditu resoluto abbati et conventui de NEETH in partem solucionis cix s. ij d. eisdem assignato per annum in villa predicta per antecessores predicti comitis in parte satisfaccionis c li. pro escambio quarundem terrarum in partibus de NEETH liiij s. vij d. Et in acquietancia redditus unius prepositi burgi de NEETH pro dimidio anno xij d. Et in defectu redditus iiij^{xx} burgagiorum et quorundam coterellorum que combusta et destructa fuerunt in guerra HAWISIE xliij s. vij d. Et in decasu redditus in villa de NEETH iij s. vij d. Sum: cxij s. ix d.

Forinsece expense. Idem computat in iiij^{or} latronibus convictis suspendendis apud NEETH per idem tempus xvij d. Et in cordis emptis pro eodem iiij d. Et in iiij hominibus locatis ad conducendum MEURICUM ap WRONOGH ap WORGAN et MEURICUM ap HOWE CAM felones de NEETH usque KAERDIF ij s. Sum: iij s. viij d.

Custus castri. Idem computat in M^{l}D cendulis faciendis et preparandis de maeremio domini ad tascham pro emendacione cooperture aule castri de NEETH et unius turris in eodem castro dimidiam marcam. Et in stipendio unius carpentarii emendantis predictos aulam et turrim per xx dies operabiles dimidiam marcam. Et in M^{l}D clavis emptis ad idem ij s. ij d. q.

Et in mille tegulis fodiendis ad tascham pro emendacione coperture trium camerarum in predicto castro xviij d. Et in cariagio earundem a quarera usque ad castrum scilicet per iiij^or^ leucas xviij d. Et in stipendiis duorum tegulatorum simul cum uno garcione eisdem deserviente per x dies dimidiam marcam. Et in calce empta ad idem xij d. Et in cariagio ij plaustratorum sabulonis ad idem iij d. Summa xxvj s. vd. Summa omnium expensarum vj li. xij s xd.

Manerium de Neeth.

Redditus assise. Idem respondet de xxix s. j d. receptis de redditu assise liberorum tenencium ad terminum Sancti Michaelis. Et de cxiiij s. receptis de redditu Walensium ibidem ad eundem terminum. Et de vij libris xviij s. receptis de tenentibus in montanis et apud Russhelyn novam grangiam et Tyrhunde' per idem tempus. Et non plus quia tenentes qui solebant reddere lv s. ij d. ob. per idem tempus interfecti fuerunt in ultima guerra. Et tenementa eorum jacent vasta quia non potuerunt vendi pro defectu emptorum. De redditu advocacionis nichil per idem tempus quia quidam extranei recesserunt de patria causa guerre predicte. Summa xv li. xiij d.

Exitus manerii. Et de iiij s. receptis de ij summis ferri venditis ibidem per idem tempus. Et de ij s. receptis de cc discis ibidem venditis per idem tempus. Et de iiij s. receptis de duobus esperveriis proventientibus de aeria ibidem tempus. De carbonibus nichil per idem tempus pro defectu operariorum ibidem. De pastura et aliis exitibus bosci ibidem nihil pro defectu emptorum. Et de Wodasken nihil per idem tempus pro defectu operariorum causa guerre. De pastura nihil ibidem per idem tempus pro defectu emptorum. De pratis ibidem nichil per idem tempus quia submersa fuerunt per mare exceptis xv acris que falcate fuerunt pro feno habendo ad equos constabularii per idem tempus et pro equis vicecomitis in adventu suo pro curia tenenda. Sum: x s.

Exitus piscariarum et perquisitorum. Et de ix s. receptis de exitibus piscariarum de GLYNNETH et GLYNTAF per idem tempus. Et de xix s. j d. receptis de perquisitis curiarum manerii de NEETH. Sum: xxviij s. j d. Summa totalis recepte xvj li. xix s. ij d.

KILTHIBEBILTH.

Redditus assise. Idem respondet de xxxviij s. vj d. de redditu assise per idem tempus *et non plures tenentes qui solebant reddere per idem tempus xix s. iiij d. q. interfecti fuerunt in ultima guerra et tenementa eorum jacent vasta et nulli exitus inde poterant levari.* De iij molendinis ibidem nihil quia omnino destructa fuerunt in ultima guerra. Summa.

BRITTONE.

Redditus assise. Et de vij s. x d. receptis de redditu assise per idem tempus. Sum: vij s. x d.

Firme. Et de vj s. viij d. receptis de firma passagii ibidem per idem tempus. Sum: vj s. viij d.

Vendicio operum. Et de vj s. iiij d. receptis de lxxvj operibus autumpnalibus venditis ibidem precii operis j d. Sum: vj s. iiij d.

Placita et perquisita. Et de cxix s. iiij d. receptis de placitis et perquisitis patrie de NEETH per idem tempus et eo minus causa guerre. Sum: cxix s. iiij d. Summa tocius recepte viij li. xviij s. viij d.

EXPENSE.

Defectus redditus. Idem computat in defectu redditus WALLENSIUM apud KILTHIBEBILTH qui interfecti fuerunt in guerra xix s. iij d.

Empcio bladi et stauri. Idem computat in v bussellis dimidio ij hopis frumenti emptis ad liberacionem prepositi ix s. viij d. ob. precii busselli xx d.

Custus prati. Et in xv acris prati falcandis vj s. iij d. quia pro acra v d. Et in herba inde dispergenda et feno levando et adunando ad tascham vs.

In dicto feno cariando de prato ad grangiam et ibidem tassando ad tascham ij s. vj d. Sum: xiij s. ix d. Summa omnium expensarum xlij s. viij d. ob.

MANERIUM de NEETH.

Frumentum. Idem respondet de j quarterio iiij bussellis j hop frumenti receptis de PAGANO TURBERVILLE custode ante ipsum per indenturam. Et de v bussellis dimidio ij hop frumenti receptis de empcione ad liberacionem prepositi. Sum: ij quarteria ij busselli.

Unde computat in liberatione unius prepositi a xx° die Aprilis anno ix° usque xxix diem Septembris proxime sequentem per xxiij septimanas et ij dies utroque die computato ij quarterio ij bussellos capientis quarterium per x septimanas. Sum: que prius. Et nihil remanet

Avene. Idem respondet de xv quarteriis avene receptis de dicto PAGANO per indenturam. Sum: xv quarteria. Et remanent xv quarteria avene.

INSTAURUM.

Affri. Idem respondet de ij affris receptis de dicto PAGANO per indenturam Sum: ij. Et mittuntur apud LANBLETHIAN ij respondit [sic] de eisdem. Et nihil remanet hic.

Vacce. Et de ix vaccis receptis de dicto PAGANO per indenturam. Sum: ix. Et mittuntur apud BAATH. Et nihil remanet hic.

Bovetti. Et de iij bovettis de dicto PAGANO per indenturam. Sum: iij. Et mittuntur apud BAATH. Et nihil remanet hic.

ESPERVERIA. Et de ij esperveriis provenientibus de aeria in bosco de NEETH. Sum: ij. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

Ferrum. Et de ij summis ferri provenientibus de uno fabro fabricante in foresta de NEETH et non plus quia plures fabri non fabricaverunt ibidem per idem tempus causa guerre. Sum: ij. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

Disci. Et de cc discis receptis de exitibus dicte foreste de uno turnario operante ibidem per idem tempus et non plus causa guerre.

BRITTONE.

Opera autumpnalia. Idem respondet de lxxvj operibus autumpnalibus provenientibus de tenementis apud Brittone. Sum: lxxvj. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

CCXXXIV.

PATRIA DE MESKYN ET GLYNROTHENI.

VILLA DE LANTRISSAN CUM CASTRO.

Redditus assise. Idem respondet de cix s. receptis de iiij^xx^ xvij burgagiis in villa de LANTRISSAN pro dimidio anno et non plus quia iiij^xx^ x burgagia que solebant reddere xlvj s. vj d. per idem tempus omnino destructa fuerunt per guerram. Et de ij s. ix d. receptis de redditu ad voluntatem domini de xvj acris dimidia terre traditis burgensibus. Summa.

Exitus ville. Et de pastura vacuorum burgagiorum nihil pro defectu emptorum causa guerre. Et de xxij d. receptis de prisa ibidem cervisie per idem tempus et non plus pro guerra et magna caristia. Et de vij s. iij d. receptis de tolnetis mercatorum et nundinorum cum censariis per idem tempus et non plus causa guerra. Summa.

Placita et perquisita. Et de iiij s. ix d. receptis de placitis et perquisitis hundredi ville de Lantrissan. Summa iiij s. ix d. Sum: tocius recepte vj li. [i]v s. vij d.

EXPENSE.

Acquietancia redditus. Idem computat in acquietancia redditus unius prepositi burgi et unius serjantis ville de LANTRISSAN per dimidium annum xij d. In decasu redditus iiij^xx^ x burgagiorum in villa de LANTRISSAN que combusta fuerunt in guerra xlvj s. vj d. Summa xlvij s. vj d.

Custus castri. Et in ij hominibus locatis pro petris fodendis ad murum cujusdam camere fractum cum WALLENSIBUS in guerra reficiendum per xv dies operabiles vs cuilibet illorum ij d. per diem. Et in eisdem petris cariandis de quarrera ad castrum iij s. vj d. Et in ij cementariis locatis ad dictum murum reficiendum et ad emendum alios defectus murorum castri fractorum per WALENSES in guerra ad tascham xv s. vj d. Et in xij quarteriis de calce empta ad idem opus simul cum cariagio ejusdem viij s. Et in iiij plaustratis sablonis cariandis usque ad castrum pro eodem viij d. Et in stipendiis ij tegulatorum emendancium defectus in diversis locis et reficiendum coopertaram predicte camere ad tascham simul cum tegulis fodendis et cariandis et cum calce empta ad idem xxvj s. viij d. Summa lix s. iiij d. Sum: omnium Expensarum cvj s. x d.

MANERIUM DE CLOUNE CUM RUGOIS.

Redditus assise. Idem respondet de xviij li. x s. iij d. ob. q. receptis de redditu assise tam liberorum quam custumariorum ad terminos apostolorum PETRI et Pauli et Sancti MICHAELIS. Et de lxix s. receptis de quodam qui vocatur commorth hoc anno ad terminum de HOCKEDAY et non debet levari nisi altero anno. Et de xiij s. iiij d. receptis de advocacione WALENSIUM qui nullam terram tenent et eo minus quia plures recesserunt de patria propter guerram et plures interfecti fuerunt in guerra. Sum: xxij li. vij s. vij d. ob. q.

Firme. Et de lxvj s. viij d. receptis de firma cujusdam pasture apud RUGOIS ad predictos ij terminos Et de xxxvij s. vj d. receptis de firma cl acrarum terre de dominico apud CLOUNE per idem tempus pro acra iij d. Et de xxvj s. iiij d. receptis de firma xxxj acrarum dimidie prati per idem tempus et eo minus causa guerre. De iiij molendinis aquaticis et molendino fullonico ibidem et unius molendini apud GLYNROTHENY

nihil respondent pro eo quod totaliter combusta et fracta fuerunt per guerram. Summa.

Exitus boscorum. Et de ciij s. iiij d. receptis de diversis pasturis montaneis venditis in MESKYN et GLYNROTHENI et non plus pro defectu emptorum causa guerre. Et de xviij s. viij d. receptis de pastura foreste de GLYNTAAF et bosci de HAYWODE per idem tempus. Et nulli alii exitus nec plus evenit de eisdem boscis per idem tempus pro defectu operatorum et emptorum causa guerre. Summa.

Placita et perquisita. Et de x li. v s. vj d. receptis de placitis et perquisitis curiarum de MESKYN et GLYNROTHENI per idem tempus et eo minus causa guerre. Summa x li. v s. xj d. Sum: totalis recepte xlv li. v s. vij d. ob. q.

EXPENSE.

Stipendium. Idem computat in stipendio j bedelli de MESKYN et GLYNROTHENY ad terminum Sancti MICHAELIS vj s. viij d. Sum: omnium expensarum vj s. viij d.

PENTIRGH.

Redditus assise. Idem respondet de xij s. x d. receptis de redditu liberorum tenencium de PENTIRGH ad festum Sancti MICHAELIS. Et de xxxij s. ob. receptis de redditu coterellorum et custumariorum ibidem ad eundem terminum. Sum: xliiij s. x d. ob.

Exitus manerii. De pastura xx acrarum terre ibidem nichil pro defectu emptorum causa guerre. Et de molendino ibidem nichil quia combustum et destructum fuit in guerra. Et de iiij s. vj d. receptis de operibus autumpnalibus eorundem custumariorum per idem tempus. Sum: iiij s. vj d.

Placita et perquisita. Idem respondet de v s. iij d. receptis de perquisitis curiarum ibidem per idem tempus et eo minus causa guerre. Summa v s. iij d. Sum: tocius recepte liiij s. vij d. ob.

EXPENSE.

Stipendium. Idem computat in stipendio j prepositi per idem tempus ij s. Sum: omnium expensarum ij s.

RADUR.

Idem respondet de iiij li. receptis de firma de RADUR per idem tempus ad duos terminos. Sum: iiij li.

CCXXXV.

PATRIA DE SENGHENYTH.

VILLA DE KAERFILLY CUM CASTRO.

Redditus assise. Idem respondet de xlvij s vj d. receptis de redditibus burgagiorum in villa de KAERFILLY ad terminos nativitatis Sancti JOHANNIS baptiste et Sancti MICHAELIS. Sum: xlvij s. vj d.

De exitibus ville ibidem nichil respondet per idem tempus causa guerre.

Placita et perquisita. Idem respondet de ij s. vj d. receptis de placitis et perquisitis hundredi ibidem per idem tempus et non plus causa guerre. Sum: ij s. vj d. Sum: tocius recepte l s.

EXPENSE.

Acquietancia et defectus. Idem computat in acquietancia redditus j prepositi et j ballivi ibidem xij d. In defectu reddituum xxiij burgagiorum ibidem combustorum per guerram xj s. vj d. Sum: xij s. vj d.

Custus castri. Idem computat in j ponte versatili coram porta castri de KAERFILLY de novo faciendo ad tascham simul cum meremio prosternendo reparando et cariando ad idem x marcas quia dictus pons omnino destructus fuit et combustus per guerram. Et in plumbo stagno et sepo emptis pro emendacione cooperturarum domorum ejusdem castri xiij s. iiij d. In stipendiis j plumbarii et garcionis sui pro eisdem domibus emendandis per xxxvj

dies operabiles xxj s. capientis per diem pro seipso et garcione vij d. Et burgensibus ville predicte de redditu assise quem Regi solvisse debent termino Sancti MICHAELIS per breve Regis xvij s. vj d. Sum: viij li. vij s. viii d. Sum: omnium expensarum ix li. xvi[i]j s. viij d.

MANERIUM DE KAERFILLY CUM MEMBRIS SUPRA CAAGH.'
MERTHYR ET EGLUSWLADUS.

Redditus assise et advocacio. Idem respondet de xij li. xvs. vj d. ob. q. receptis de redditu assise liberorum tenencium et custumariorum ibidem ad terminos apostolorum PHILIPPI et JACOBI PETRI et PAULI et Sancti MICHAELIS. Et de xviijs. iiij d. receptis de advocacione WALLENSIUM qui nullam terram tenent. Sum: xiij li. xiij s. xd. ob. q.

Firme. Idem respondet de liij s. iiij d. receptis de firma terrarum dominicarum et pratorum apud MERTHYR et EGLUSWLADUS. Et de xlvj s. viij d. receptis de firma j molendini aquatici de KAERFILLY ad duos terminos. De duobus molendinis aquaticis apud KILTHEGAYR et MERTHYR nichil quia destructa fuerunt per guerram. Et de xxvj s. viij d. receptis de firma xv tenementorum apud HENDERSAISEL in manu domini existencium per escaetam. De molendinis fullonicis apud KAERFILLY nichil quia omnino destructa per guerram. Summa vj li. vj s. viij d.

Exitus manerii. Idem respondet de iiij s. receptis de xij acris prati venditis in herba apud KAERFILLY. Et de xxxiij s. iiij d. receptis de diversis parcellis pasture ibidem venditis. De messuagio manerii et de xlviij acris terre ibidem nichil pro defectu emptorum causa guerre. Et de ij s. receptis de pastura apud HENDERSEISEL. Et de vj s. vj d. receptis de pastura CLOINKEVERED CLOYNBIRYD et WERNDEYN. Sum: xlvs. xd. Sum: totalis recepte xxij li. vj s. iiij d. ob. q.

SUBTUS CAAGH' LAVENDU.

Redditus assise et advocacio. Idem respondet de xv li. xix s. x d. ob. q.

receptis de redditu assise tam liberorum quam custumariorum ibidem ad terminos de HOKKEDAY apostolorum PHILIPPI et JACOBI PETRI et PAULI et Sancti MICHAELIS. Et de iiij li. v s. ix d. ob. receptis de quodam redditu qui vocatur commorth tam de WALLENSIBUS supra CAAGH' quam subtus CAAGH' et non debet levari nisi altero anno. Et de x s. iiij d. receptis de advocacione WALLENSIUM qui nullam terram tenent et non plus quia plures WALLENSES interfecti fuerunt in guerra et plures recesserunt de patria causa guerre. Sum: xx li. xvj s. q.

Firme. Et de vj s. viij d. de firma piscarie aque de TAAF per idem tempus ad duos terminos. De molendino de LANDIVEDON nichil quia combustum et destructum fuit in guerra. De firma mine carbonum ibidem nichil pro defectu operariorum causa guerre. Sum: vj s. viij d.

Exitus manerii et foreste. Et de v s. vj d. receptis de pastura xxj acrarum dimidie et j rode terre vendita apud LANDIVEDO. Et de ix s. receptis de pastura de THLAVERFOTH vendita per idem tempus et non plus causa guerre. Et de xvj s. iiij d. receptis de diversis operariis operantibus super mortuum boscum in foresta. Et de xvj d. de iiij hominibus operantibus cistas in foresta. Et de xij d. receptis de j tornatore operante ibidem per idem tempus. Et de vj s. viij d. receptis de diversis cariagiis mortui bosci ibidem per idem tempus. Et de vij s. receptis de diversis operariis operantibus mortuum boscum in bosco de GLYNTATH. Et non plus de omnibus operariis predictis causa guerre pro defectu operariorum. Et de xij d. de j lagena mellis vendita ibidem. Sum: xlvij s. x d.

RETHERY.

De mesuagiis terra et pastura apud RETHERY nichil pro defectu emptorum causa guerre.

Placita et perquisita. Idem respondet de xvj li. iij s. receptis de perquisitis

curiarum patrie de SENGHENYTH supra CAAGH et subtus CAAGH per idem tempus. Summa xvj li. iij s. Sum: recepte xxxix li. xiij s. vj d. q. Summa tocius recepte lxj li. xix s. xj d.

EXPENSE.

Stipendia. Idem computat in stipendiis ij bedellorum supra CAAGH et subtus CAAGH redditus advocaciones firmas placita et perquisita curiarum patrie de SENGHENYTH colligencium et levancium et execucionem curiarum faciencium per idem tempus xiij s. iiij d. Sum: omnium expensarum xvj s. viij d. [xiij s. iiij d.]

Dorso. "Particule compotis JOHANNIS GYFFARD de BRYMMESFELD de exitibus terrarum de GLAMORGAN et MORGANNON de ultimo dimidio anno ix regni Regis EDWARDI filio Regis EDWARDI."

CCXXXVI.

CARTA RIC: AP DAVID JOH: F: JOH: STYWARDE ET ISABELLE UXORI EIUS.

[FRANCIS MSS.] 28 FEB: 1317.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris RICARDUS ap DAVID salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis seu assignatis imperpetuum quietum clamasse JOHANNI filio JOHANNIS STYWARDE [et] ISABELLE filie ROGERI le SCOPARE uxori sue totum jus meum et clamium quod habui vel habeo vel de cetero habere potero in una dimidia acra terre arabilis cum suis pertinenciis continue iacente in feodo de LANDBLETHIAN apud KERDIFES-DOUNE in longitudine inter terram quam RICARDUS dictus RANDULF et MARGERIA uxor sua tunc tenuerunt ex parte orientali et terram quam JOHANNIS FABER et MARGARETA uxor sua tunc tenuerunt ex parte occidentali in latitudine

vero inter terram quam predicti RICARDUS RANDULF et MARGERIA uxor sua tunc tenuerunt ex parte australi et terram HENRICI le MACHOUN ex parte boriali. Habendam et tenendam dictam dimidiam acram terre arabilis cum suis pertinenciis de capitali domino feodi de LANDBLETHIAN qui pro tempore fuerit predictis JOHANNI filio JOHANNIS STYWARDE ISABELLE filie ROGERI le SCOPARE uxori sue et heredibus seu assignatis dicti JOHANNIS filii JOHANNIS STYWARDE libere quiete integre bene et in pace iure hereditario per redditus et servicia inde debita et consueta imperpetuum. Ita videlicet quod ego dictus RICARDUS ap DAVID seu heredes mei seu assignati seu aliquis vel aliqua per me pro me seu nomine meo seu nomine heredum meorum seu assignatorum nullum jus aut clamium in dicta dimidia acra terre cum suis pertinenciis de cetero exigere habere aut reclamare poterimus imperpetuum. In huius rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus JOHANNE LONGO ALEXANDRO dicto PRIORE RICARDO filio STEPHANI clerici HENRICO le NERBERD HENRICO le MACHOUN et aliis. Datum apud COUBRUGG die LUNE proxima post festum Sancti MATHIE apostoli anno regni Regis EDWARDI filii EDWARDI Regis decimo.

CCXXXVII.

CARTA WILLIELMI DE BERKEROLE.

[FRANCIS MSS.] 15 MAII: 1317.

Sciant presentes et futuri quod ego WILLIELMUS de BERKEROLE miles dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ADAM de BRIDE-PORT capellano quatuor messuagia in Sancto TATHAN' BONVELESTONE et in LANDEFEY in feodo de OGEMORE unum molendinum aquaticum et unum molendinum fullonicum quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati sexaginta acras terre arabilis tres acras bosci quinquaginta sex acras pasture sexaginta acras vasti et novem libratas annui redditus.

unde domina JOHANNA de BASCARVILE habet dotem in unum carucatam terre et in viginti solidis annui redditus quando adjecerit. Habendum et tenendum predicta quatuor messuagia unum molendinum aquaticum et unum molendinum fullonicum quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati sexaginta acras terre arabilis tres acras bosci quinquaginta sex acras pasture sexaginta acras vasti et novem libratas annui redditus cum dote prenominata quando adjecerit et cum omnibus aliis pertinenciis predicto domino ADE capellano et heredibus suis et suis assignatis de capitalibus dominis feodorum per servicia que ad illa tenementa pertinent jure hereditario inperpetuum. Pro hac autem donacione concessione et presentis carte mee confirmatione dedit mihi predictus dominus ADAM centum libras sterlingorum premanibus. Et ego dominus WILLIELMUS heredes mei et mei assignati predicta quatuor messuagia etc. etc. predicto domino ADE capellano et heredibus suis et suis assignatis contra omnes mortales warantizabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donacio concessio et hujus presentis carte mee confirmacio rata et stabilis inperpetuum permaneat hanc presentem cartam meam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus dominis ROBERTO de GRENDONE tunc vicecomite GLAMORGANIE WILLIELMO le FLEMYNG JOHANNE le NORRIS ADAM le WALEIS PHILLIPO le FLEMYNG militibus RICARDO le NERBERD JOH: JOUEL et aliis. Datum apud ESTORCHARD quinto decimo die MAII anno regni Regis EDWARDI filii EDWARDI Regis decimo. [Sigillo amisso.]

Dorso. Carta WILLIELMI le BERKEROLLES de terris in ESTORCHARD LANDEFEY et OGMORE.

CCXXXVIII.

CARTA W: DE BREWAS DOMINI DE GOUHERIA W: VENATORI SUO ET JOHANNE UXORI SUE.

[FRANCIS MSS.] 27 JUNII 1317.

Sciant presentes et futuri quod nos WILLIELMUS de BREWAS dominus

honoris de BREMBER et de GOUHERIA dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus WILLIELMO venatori nostro et JOHANNE uxori sue et heredibus suis et assignatis de corporibus eorundem procreatis specialem et plenariam potestatem venandi ac omnimodam venationem cujuscunque generis animalium tam leporum vulpium et cuniculorum quam ceterorum animalium brutorum et volatilium in toto warannio nostro de PENNARTH cuniculario nostro de PENNARTH in la SANBORGHWYS singulis temporibus omnino excepto..............dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus eisdem WILLIELMO et JOHANNE uxori sue heredibus suis et assignatis liberam et plenariam potestatem emendi vendendi ac omnia et singula mercimonia mercandizandi ac eisdem libere et pacifice prout sibi comodius fuerit fruendi et patiendi infra totum dominium nostrum de GOUHERIA. Habendum et tenendum omnes predictas libertates donationes et confirmationes ut premittitur predictis WILLIELMO et JOHANNE uxori sue et heredibus suis et assignatis de nobis et heredibus nostris libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum. Et nos vero predictus WILLIELMUS de BREWAS et heredes nostri omnes predictas libertates donationes et confirmationes stabiles ratas et inconcussas permanentes prenominatis WILLIELMO et JOHANNI uxori sue et heredibus suis et assignatis contra omnes mortales warantizabimus et defendemus imperpetuum. Et si contingat nos aut heredes nostros aut aliquem ballivorum aut ministrorum nostrorum predictos WILLIELMUM aut JOHANNEM seu heredes seu assignatos de hujusmodi donatione nostra et concessione molestari perturbare aut aliqua arte vel ingenio aggravare attemptaverimus in futurum quod tunc volumus et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod iidem WILLIELMUS et JOHANNA uxor sua et heredes sui vel assignati adhereant et intendant cuicumque voluerint. Ita quod tenementum predictum domino nostro Regi ANGLIE et ejusdem intendacionem faciant de omnibus terris et tenementis que de nobis tenent in GOUHERIA. Reddentes eidem domino Regi et nullo alio domino et facientes

redditus et servicia que nobis pro tenementis suis predictis facere solebant absque aliqua calumpnia seu contradictione nostrum aut heredum nostrorum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum apposuimus. Hiis testibus RICARDO HAKELUT tunc Senescallo GOUHERIE DAVID de la BEERE ROBERTO DE PENRES militibus ROBERTO PENBRUGGE JOHANNE TESTARD ELIA de BAILI PHILIPPO SCURLAG et aliis. Data apud HANNYS' septimo...... die Junii Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI decimo.........

CCXXXIX.

CARTA ADE ROB: ET JOH: CANAN ATQUE DAV: COC JOHANNI VOYL.

[FRANCIS MSS.] 18 OCT: 1313.

Noveritis universis per presentes quod nos ADAM CANAN ROBERTUS CANAN JOHANNES CANAN et DAVYD COC remisimus relaxavimus et omnino pro nobis et heredibus nostris imperpetuum quietum clamavimus JOHANNI VOYL et heredibus suis ac assignatis totum jus nostrum et clamium quod habemus vel habuimus seu alio modo habere potuimus vel poterimus in octo acris terre cum pertinentiis in feodo de LANDIMOR quas idem JOHANNES habuit de dono nobilis viri domini WILLIELMI de BREWOS domini GOUHERIE et quas PHILIPPUS CNAVT faber quondam tenuit juxta aquam de BORRY in parte australi absque ullo retenemento. Ita videlicet quod nec nos dicti ADAM ROBERTUS JOHANNES et DAVYD nec heredes nostri nec aliquis per nos vel pro nobis seu nomine nostro aliquid juris vel clamii in predictis terris cum pertinentiis decetero exigere vel clamari seu vendicari debemus aut poterimus imperpetuum set per presentes ab omni actione et demando sumus exclusi imperpetuum. In cujus rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus domino ROBERTO de PENRES milite. ELIA de RAYLEY

clerico Willielmo de la Mare Ada de la Beer Johanne de la Mare Henrico Davis de Landimor Johanne Meuric et aliis. Datum apud Webley octavo decimo die Octobris anno regni Regis Edwardi filii domini Edwardi duodecimo.

CCXL.

CONVENCIO INTER ROBERTUM DE PENRES ET WILLIELMUM ET ISOTAM DE PERET.

[Francis Mss.] 1319.

Hec est convencio facta inter dominum Robertum de Penres militem ex parte una et Willielmum Peret et Isotam uxorem ejus ex altera parte ita videlicet quod dictus dominus Robertus dedit concessit et hoc presenti scripto suo confirmavit eisdem Willielmo et Isote terciam partem omnium terrarum et tenementorum que dictus dominus Robertus habuit de Andrea Scurlag filio et herede Thome Scurlag apud Constablesdon in feodo de Oscroume que quedam tenementa dictus Andreas tenuit in dominico suo. Habendum et tenendum omnia predicta tenementa cum pertinenciis Willielmo et Isote tota vita ipsorum Willielmi et Isote de dicto domino Roberto heredibus suis et assignatis libere quiete bene et in pace. Reddendo inde annuatim pro qualibet acra mensurata per virgam feodi de Penres uno pede deducto de eadem virga duodecim denarios ad quos anni terminos videlicet ad Pascham et festum Sancti Michaelis equis porcionibus pro omni servicio seculari et demando. Salvis regali servicio redditu parci de Bruz annis communibus in patria contingentibus tanto tenemento pertinentibus sectis curie de Portbynon bis in anno per rationabilem sumonicionem secto molendini dicti domini Roberti heredum suorum et assignatorum et quinque solidis vel meliori bestia in obitu dictorum Willielmi et Isote pro herieto suo in electione dicti domini Roberti heredum suorum et assigna-

torum. Si tamen dicta ISOTA aut dictus WILLIELMUS vir suus moriatur nullam solvet herietum sed si ipsum supervixerit predictum solvet herietum. Et dicti WILLIELMUS et ISOTA erunt scevenesie in molendino dicti domini ROBERTI heredum suorum et assignatorum post illos qui fuerint scevenesie in eisdem molendinis ante confectionem presencium. Ita tamem quod dicti WILLIELMUS et ISOTA totum bladum in hospicio suo expendendum molant ibidem. Debent eciam dicti WILLIELMUS et ISOTA super dicta tenementa cohabitare dum vivunt. Nec liceat eisdem dicta tenementa aliquibus dare vendere seu quoquomodo a se ipsis alienare. Et dictus dominus ROBERTUS heredes sui et assignati omnia predicta tenementa dictis WILLIELMO et ISOTE dum vixerint contra omnes gentes warantizabunt et defendent. In cujus rei testimonium huic presenti scripto indentato sigilla dictorum domini ROBERTI et WILLIELMI alternatim sunt apposita. Hiis testibus PHILIPPO SCORLAG ROBERTO MOYEL HENRICO WILHAM ELIA clerico THOMA de LANDEWY et aliis. Datum et confectum quinto decimo die FEBRUARII anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI duodecimo.

CCXLI.

CARTA ROGERI AP IEVAN THOME MORGAN.

24 APR: 1319.

"Sciant presentes et futuri quod ego ROGERUS ap IEVAN de LUSTELBONT dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi THOME MORYN dimidiam acram terre novem virgis deficientibus cum pertinenciis in Overham inter terram RICARDI de LUSTELBONT in parte orientali et terram KENEWREK ap IEVAN in parte occidentali unam rodam decem virgas et tria quarteria unius virge terre cum pertinenciis in NITHERHAM intar terram JOHANNIS DOBIN in parte australi et terram KENEWREK ap IEVAN in parte boreali pro una summa pecunie michi premanibus pacata. Habendam et tenendam predictam

terram cum pertinenciis predicto THOME et heredibus suis vel assignatis de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et consueta. Reddendo inde annuatim dictus THOMAS et heredes sui vel assignati domino capitali unum obolum argenti ad festum Sancti ANDREE apostoli pro omnibus serviciis secularibus et demandis. Et ego vero dictus ROGERUS et heredes mei vel assignati predictam terram dicto THOME et heredibus suis vel assignatis contra omnes mortales warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus HUGONE de BAATH RICARDO ELYS tunc prepositis ville de KAERDIF JOHANNE ODYN ANDREA ANRI fratre JOHANNE GILBERT KENEWREC ap IEVAN et RICARDO de LUSTELBONT et multis aliis. Datum apud KAERDIF die Dominica ante festum Sancti MARCE evangeliste anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI duodecimo."

CCXLII.

CARTA JOHANNIS BLOUCAYNEL ROBERTO MONSEL.

[FRANCIS Mss.] CIRCA 1320.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES BLOUCAYNEL dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi ROBERTO MONSEL filio HENRICI MONSEL xx duas acras et dimidiam terre arabilis in feudo de PENMAYN pro servicio suo quarum septem acre cum pertinenciis jacentes in campo australi tendentes in longitudine a via communi in v...... quod ducit apud OXMEWYCH ex parte orientali usque ad fontem que dicitur LANGEDICH ex parte occidentali jacentes in latitudine a terre ADE HERING ex parte australi usque ad terram meam propriam quam DAVID WRENCH tenet ex parte boriali et unum acram que jacet in STEDWORLANGO in parte zephiri cujus unum capud tendit ad ALTUM BUSCHE ex parte orientali alium capud usque ad ILLES ex parte occidentali et unam acram et dimidiam que jacet in WORLANGO ville in

parte occidentali et superiori et duas acras et dimidiam que jacent juxta terram ecclesie in WORLANGO que dicitur [illegible] in parte boriali vie que ducit ad SWEYNESE. Et novem acras et dimidiam que jacent juxta novam foveam in campo orientali a via que tendit ad SWEYNESE ex parte boriali usque ad viam viridem que ducit ad fontem beate MARIE de PENHARD ex parte australi. Et unam acram que dicitur [illegible] que tendit a via viridi predicta ex parte boriali usque ad terram que vocatur WOTDEND ex parte australi. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere et quiete honorifice et in pace. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui ad festum Pasche octo denarios sterlingorum pro omni servicio et seculari demando salvo servicio regali tante terre pertinente. Et ego vero JOHANNES BLOUGANNEL et heredes mei predicto ROBERTO MONSEL et heredibus suis totam predictam terram pro reddita predicto contra homines et feminas imperpetuum warantisabimus. Item ego JOHANNES BLOUGANNEL dedi predicto ROBERTO MONSEL unum messuagium in villa de PENMAYN in quo mansit JOHANNES GISELOT et ortum et aliud messuagium in quo mansit THOMAS LARGUS et ortum sub eadem libertate qua ei predictam terram concessi. Et unum molendinum quod faciemus inter me et predictum ROBERTUM habendum sibi et heredibus suis dimidiatum illius molendini diebus meis et totum post dies meos. Et ut hac mea donacio rata stet et stabilis huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus PHILIPPO de NETH tunc Senescallo GOHERIE. WALTERO MONSELL tunc constabulario de GOHERIE MARTINO clerico tunc scriptore castri ROBERTO de PENRIS JOHANNE de WELERS militibus [illegible] PURVIC RICARDO de BARRE HENRICO MONSEL HENRICO de WORMER et multis aliis.

[Sigillo amisso.]

CCXLIII.

CARTA DOMINI WILLIELMI DE BREHAUS DE RELAXACIONE TOLLNETI.

[FRANCIS MSS.] CIRCA 1320.

Sciant presentes et futuri quod ego WILLIELMUS de BREUSA consensu heredum meorum pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum et pro salute anime Agnetis uxoris mee dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus plenariam perpetuam libertatem ad emendum et vendendum per totam terram meam quicquid sibi placuerint ac sibi viderint utile aut necessarium libere et quiete sine omni tallagio et sine omni consuetudinario demando. Et ego et heredes me hanc libertatem iisdem warantizabimus in perpetuum. Et ut hac libertas rata et stabilis perseveret in perpetuum presentis scripti attestacione et sigilli mei impressione eam roboravi. Hiis testibus domino ROBERTO de PENRYS domino JOHANNI de VILERS. HENRICO SCURLAGIO PHILIPPO de NETH Magistro JOHANNE de SWEYNESEA ADA CUBYL et aliis.

CCXLIV.

DE LANCARVAN.

[CARTUL. STI. PETRI GLOUCEST. CCCCXLVII.] CIRCA 1320.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris vel audituris quod ego Willielmus CORBETH miles relaxavi et quietum clamavi pro me et heredibus meis in perpetuum abbati et conventui Sancti PETRI GLOUCESTRI totum jus et clamium quod habui vel habere potui in quodam mesuagio cum omnibus suis pertinentiis in villa de LANCARVAN de quo mesuagio eos implicitavi in comitatu de CAIRDIF per breve de ingressu. Pro hac autem mea relaxatione et quieta clamatione dederunt mihi predicti abbas et conventus

tresdecim marcas argenti. Et quia volo quod hec mea concessio et quieta clamatio stabilis et firma in perpetuum perseveret presenti scripto sigillum meum apposui etc.

CCXLV.

CARTA GRONO AP CRADOC DE KILVEY.

[Francis Mss.] 4 Maii: 1324.

Sciant presentes et futuri quod ego Grono ap Cradoc Hweyth de Kilvey dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Jowan ap David Vachan heredibus suis et assignatis totam terram meam et tenuram tam arabilem quam vastam cum omnibus pratis et pasturis boscis et planis humidis et siccis cum omnibus pertinenciis suis ac libertatibus aysiamentis et comoditatibus qualitercunque inde jure provenientibus que vocatur Croft Kethyn inter Nant Geydwen ex parte una et aquam que vocatur Bran ex parte altera in latitudine et extendit a via que ducit de aqua Bran predicta versus Nant Geydwen ex parte una usque ad terram Howelle ap Morgan ex parte altera in longitudine. Habendum et tenendum omnia et singula predicta cum omnibus pertinenciis suis de domino de Kilvey sibi heredibus suis et assignatis pro me heredibus meis et assignatis libere quiete bene et pacifice jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim ipse dictus Jowan ap David Vachan heredes sui et assignati dicto domino de Kilvey qui pro tempore fuerit tres obolos argenti ad tres anni terminos quibus ceteri liberi homines de Kilvey redditum suum qui vocatur Gwestwa persolverit tenentur pro omni servicio seculari exactione et demando. Et ego predictus Grono ap Cradoc Hweyth heredes mei et assignati omnia et singula predicta cum omnibus pertinenciis suis prefato Jowan ap David Vachan heredibus suis et assignatis contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et ubique defendemus in perpetuum. Pro hac autem mea

donatione concessione et presentis carte mee confirmatione dedit michi predictus Jowan ap David Vachan tres libras et dimidiam sterlingorum pre manibus. Et ut hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio vera sit et stabilis et inconcussa perseveret in perpetuum presentem hanc cartam meam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus Adam de Bozes tunc vicecomite de Glamorgan Cradoco ap Ewer tunc latimero de Kilvey Meurico Warre bedello ibidem Willym Duy Madoc Voil Philippo Vachan ap Philip ap Griffin Willielmo ap Howell et aliis. Datum apud Kilvey die Veneris proximo post festum Beati Johannis ante portam Latinam anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi septimo decimo. [Sigillo amisso.]

CCXLVI.

CARTA WALTERI BALLE JOHANNI MODY.

[Francis Mss.] 30 Oct: 1325.

"Sciant presentes et futuri quod ego Walterus Balle de Raathe dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Johanni Mody de Kaerdif et Agneti uxori eius unam acram prati cum suis pertinenciis in feodo de Kaerdif iacentem apud Westmor in latitudine inter pratum domini ex parte australi et pratum tunc Ricardi Dene ex parte boriali in longitudine vero inter pratum tunc Elye Meiller ex parte orientali et pratum Ade le Lange ex parte occidentali. Habendum et tenendum dictam acram prati cum suis pertinenciis predictis Johanni Mody Agneti uxori eius et heredibus sive assignatis ipsius Johannis Mody de capitalibus dominis feodi illius libere quiete integre et in pace per servicia que ad illam acram prati pertinent in perpetuum. Pro hac autem donacione concessione et presentis carte confirmatione dederunt michi predicti Johannes et Agnes tres marcas sterlingorum pre manibus. Et ego vero predictus Walterus Balle et heredes

mei sive assignati predictam acram prati cum suis pertinenciis predictis JOHANNI MODY et AGNETI uxori eius et heredibus sive assignatis ipsius JOHANNIS MODY contra omnes homines et feminas mortales warantizabimus et in perpetuum defendemus. In cuius rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus ROGERO le POLITER THOMA le LONGE JOHANNE de BAATHE HENRICO PEETHE ROBERTO le PROUTE JOHANNE MORWITHE ELYA MEILLER et aliis multis. Datum apud KAERDIF die MERCURII proxima post festum omnium Sanctorum anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI decimo nono."

CCXLVII.

CARTA JOHANNIS GILBERTI JOHANNI LAZFUL.

[FRANCIS Mss.] 20 SEPT: 1326.

"Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES GILBERT de LISTELBONT dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI LAZFUL unam acram et medietatem unius acre et unam virgatam terre arabilis iacentem in feodo de LISTELBONT videlicet in longitudine inter terram quondam JOHANNIS DOBYN ex parte orientali et locum qui dicitur HIEN TOR ex parte occidentali et in latitudine inter terram KENEWREK ap IEVAN ex parte australi et terram IORVARD de LISTELBOND' et RICARDI fratris sui ex parte boriali. Habendam et tenendam dictam acram et medietatem unius acre et unam virgatam terre predicte cum suis pertinenciis de capitalibus dominis feodi illius dicto JOHANNI LAZFUL et heredibus suis vel suis assignatis libere quiete integre bene et in pace et iure hereditario in perpetuum per servicia inde debita et consueta. Et ego predictus JOHANNES GILBERT et heredes mei dictam acram et medietatem unius acre et unam virgatam terre arabilis ut predictum est dicto JOHANNI LAZFUL et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes gentes warantizabimus et in perpetuum defendemus. In cuius

rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus Willelmo Mayloc Kenewreg ap Ievan Andrea aurifero Johanne Odyn Johanne Ditom Thoma Morgan Ith' ap Wylym et multis aliis. Datum apud Kaerdiff die Martis proxima post festum nativitatis Beate Marie virginis anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi vicesimo."

CCXLVIII.

CARTA JOHANNIS VOYL DOM. ROBERTO DE PENRES MIL. ET ISOBELLE UXORI EJUS.

[Francis Mss.] 1327.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Voyl dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Roberto de Penres militi et Isobelle uxori ejus octo acras terre cum pertinentiis in excambium pro octo solidatis reddituris annuatim in festis Pasche et Sancti Michaelis percipiendis de Henrico filio Petri Walter et pro servicio et reversione tenementi dicti Henrici apud Lanhelleyn in feodo de Landymor que post obitum ejusdem Henrici dicto Roberto reverti deberent. Que quidem octo acre terre cum pertinentiis jacent inter rivulum aque de Burry in parte boreali et communem de Bishopston in parte australi et terram Phelippi Davy in parte occidentali et terram domini David de la Beer in parte orientali. Habendum et tenendum predicta tenementa cum pertinentiis dicto domino Roberto et Isobelle et heredibus suis de corporibus ipsorum exeuntibus. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum. Et si contingat quod predicti Robertus et Isobella obierint sine heredibus de corporibus ipsorum procreatis tunc post decessum predictorum Roberti et Isobelle predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt Johanni de Penres filio predicti Roberti et Burge quondam

uxoris eiusdem Roberti et heredibus suis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus Johannes obierit sine herede de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius Johannis predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt Ricardo de Penres fratri predicti Roberti et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus Ricardus obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius Ricardi predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt Johanni de Penres fratri predicti Ricardi et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus Johannes obierit sine herede de corpore suo procreato masculo tunc post decessum ipsius Johannis predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt Alicie de Langeton sorori predicti Johannis et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predicta Alicia obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius Alicie predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt Roberto filio et heredi Willelmi de la Mare de Langenych de Katarina sorore predicte Alicie procreato et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus Robertus obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius Roberti predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt Sibille de Penres sorori predicte Alicie et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predicta Sibilla obierit sine herede masculo de corpore

suo procreato tunc post decessum ipsius SIBILLE predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt rectis heredibus predicti ROBERTI de PENRES quiete de aliis heredibus predictorum JOHANNIS RICARDI JOHANNIS ALICIE ROBERTI et SIBILLE. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent inperpetuum. Et ego vero predictus JOHANNES et heredes mei omnia predicta tenementa cum pertinentiis prefatis ROBERTO et ISOBELLE et heredibus suis de corporibus ipsorum exeuntibus JOHANNI RICARDO JOHANNI ALICIE ROBERTO SIBILLE et rectis heredibus predicti domini ROBERTI in forma qua premittitur contra omnes mortales warantizabimus et defendemus inperpetuum. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei impresssione roboravi. Hiis testibus domino DAVID de la BEER JOHANNE de le BEER JOHANNE de LANGETON ROBERTO de PENEBRYGG ROBERTO MANXEL et aliis. Datum apud PENRES vicesimo quarto die Aprilis anno Domini millesimo ccc vicesimo septimo.

[Sigillo amisso.]

REMANENTIBUS.

[TOP: AND GENEAL: I, 536.] 13 MAII: 1328.

1. JOHANNI PENRES filio predicti ROBERTI et BURGE uxoris quondam ejusdem ROBERTI et heredibus suis de corpore suo procreatis etc.

2. RICARDO de PENRES fratri predicti domini ROBERTI et heredibus masculis de corpore suo procreatis.

3. JOHANNI PENRES fratri predicti RICARDI et heredibus masculis de corpore suo procreatis.

4. Domine ALICIE de LANGETON sorori dicti JOHANNIS et heredibus masculis de corpore suo procreatis.

5. ROBERTO filio et heredi WILLIELMI de la MARE de LANGENYTH de KATERINA sorore predicto ALICIE procreato et heredibus masculis de corpore suo procreatis.

6. Rectis heredibus predicti domini ROBERTI de PENRES quiete de aliis heredibus predictorum JOHANNIS RICARDI JOHANNIS ALICIE et ROBERTI, et nos, etc.

Hiis testibus JOHANNE de la BERRE JOHANNE de LANGETON ROBERTO de la MARE RICARDO SCURLAGE RICARDO MANXEL WILLIELMO de PENRES HAMUNDO TURBURVYLE JOHANNE ap WALTER VACHAN JEVAN LOYD et aliis. Datum ap PENRES octavo decimo die Maii anno regni Regis EDWARDI tercij post conquestum secundo.

[Sigillo amisso.]

CCXLIX.

CARTA REGINALDI DE SOMERTONE ET LORETTE UXORIS EJUS JOHANNI LE HAYWARD ET JOHANNE UXORI EJUS.

[FRANCIS MSS.] 24 AUG: 1328.

Sciant presentes et futuri quod nos REGINALDUS de SOMERTONE et LORETTA uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus JOHANNI le HAYWARD et JOHANNE uxori ejus viginti acras terre arabilis apud le BRODE YATE et alibi in dominico de MARCHELMAUR et unam acram prati in QUINTEYNESMEDE. Habendum etc......Reddendo etc...... unam rosam ad festum nativitatis Sancti JOHANNIS baptiste pro omni seculari servicio et demando. Hiis testibus WILLIELMO TORBERVILE JOHANNE le BOTILER HENRICO le BOTILER ROGERO de HODINET ROBERTO le REYMER JOHANNE BAUDEWIN et multis aliis. Datum apud MARCHELMAUR die Dominica in vigilia assumptionis Beate MARIE secundo EDWARDI tercij.

CCL.

CONCESSIO JOHANNIS LE HAYWARD DE MARTHELMAUR REG SOMERTON.

[FRANCIS MSS.] 24 AUG: 1328.

Noverunt universi per presentes quod nos JOHANNES le HAYWARD et JOHANNA uxor mea filia RICARDI SYWARD filii et heredis domini DANIELIS SYWARD quondam domini de MARTHELMAUR concessimus dimisimus relaxavimus ac pro nobis et heredibus nostris imperpetuum quietum clamavimus REGINALDO de SOMERTONE et LORETTA uxori sue et eorum heredibus vel assignatis totum jus nostrum et clamium quod nobis accidit vel quocunque modo in aliquo tempore accidere poterit in omnibus terris et tenementis molendinis pratis cum omnibus tenentibus tam libris quam nativis et omnibus eorum redditibus et serviciis una cum piscariis gardinis curtilagiis cotagiis viis semitis vastis et pasturis cum omnibus aliis suis pertinenciis ad feodum de MARTHELMAUR qualitercunque spectantibus. Habendum et tenendum omnia predicta tenementa et terras cum omnibus tenentibus tam libris quam nativis et omnibus eorum redditibus et serviciis una cum piscariis gardinis curtilagiis cotagis viis semitis vastis pasturis et cum omnibus aliis pertinenciis ad feodum de MARTHELMAUR aliqualiter spectantibus predictis REGINALDO LORETTE et eorum heredibus vel assignatis adeo libere integre et quiete sicut unquam RICARDUS SYWARD pater meus filius et heres domini DANIELIS SYWARD melius plenius et liberius tenuit. Ita videlicet quod nec nos dicti JOHANNES et JOHANNA nec heredes nostri assignati nostri nec aliquis alius per nos vel pro nobis nomini nostro seu instinctu nostro arte vel ingenio seu aliquo modo alio aliquid juris vel clamei in omnibus et singulis predictis et eorum pertinenciis ut predictum est vendicare exigere seu clamare poterimus nec debemus imperpetuum. Et ab omni actione calumpnia et demando protestemur nos per presentes fore exclusos in futurum. Nos vero dicti JOHANNES et JOHANNA omnia terras et tenementa

cum omnibus suis pertinenciis ut predictum est predictis REGINALDO et LORETTE uxori sue et heredibus eorum vel assignatis contra omnes homines et feminas warantisabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Pro hac autem nostra concessione dimissione relaxacione et quieta clamatione dederunt nobis predicti REGINALDUS et LORETTA centum marcas sterlingorum pre manibus. In cujus rei testimonium presenti quiete clamacioni sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus domino de UMFRAVILE domino EDWARDO de STRADELING domino PHILIPPO le FLEMMYNG militibus GILBERTO TORBERVILE JOHANNE le FLEMMYNG de Sancto GEORGIO JOHANNE le NORREIS JOHANNE DENEIS JOHANNE de CAUNTELOWE JOHANNE le BOTILER PETRO BAUDEWIN JOHANNE LOVEL ROBERTO le REGNI JOHANNE BAUDEWIN et aliis. Datum apud MARTHELMAUR die Dominica in vigilia assumcionis Beate MARIE anno regni Regis EDWARDI tercij post conquestum secundo.

[Sigillo amisso.] Deed Poll.

Dorso. Concessio JOHANNIS le HAYWARD de manerio de MARTHELMAUR facta REGINALDO SOMERTON. Anno 2 Ed. tertij.

CCLI.

CRADOK AP KETHERICK CONFIRMATIO CARTARUM ECCLESIE DE MARGAN.

[BRIT: MUS: HARL: CHART: 75 C. 25.]

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris CRADOK ap KETHEREK eternam in Domino salutem. Noveritis me die confeccionis presencium consilio et assensu amicorum meorum pro salute anime mee et pro salute antecessorum et successorum meorum concessisse dedisse et hoc presenti scripto meo confirmasse Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem servientibus Deo in puram et perpetuam elemosinam omnes donationes confirmationes et convenciones quas eisdem monachis fecerunt OWENUS RESUS et CRADOCUS filii ALAYTHOUR prout scriptum illorum

testatur tenore qui sequitur verborum.

"Omnibus Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris OWENUS RESUS et CRADOKUS filii ALAYTHOUR salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod hec est concordia finalis facta anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto inter nos et monachos de MARGAN videlicet quod nos consensu et consilio amicorum nostrorum pro maximis et enormibus dampnis que dictis monachis intutimus utpote in blado feno pratis pasturis piscariis nemoribus grangiis bercariis et averiis multis rebus eciam aliis quamplurimis quas bene dicere pretermittimus quorum dampnorum summa ad trecentas viginti quatuor libras a viris prudentibus computabatur. Dedimus et concessimus domui Beate MARIE et monachis ibidem Deo servientibus ut habeant in bosco nostro omnia necessaria sine gabulo et eo pro voluntate sua utantur ut proprio bosco pro nobis et heredibus nostris sine impedimento inperpetuum pro magna destructione quam fecimus nos et homines nostri in nemoribus dictorum monachorum. Preterea in recompensatione dictorum dampnorum pacabimus infra terminum dictis monachis sexaginta marcas. In primo anno videlicet ad festum Sancti JACOBI apostoli decem marcas et ad festum omnium Sanctorum sequens decem marcas simili modo secundo et tercio anno. Si vero de nobis limitus infra dictum tempus contigerit heredes et amici nostri dictam pecuniam dictis terris monachis predictis fideliter pacabunt. Insuper autem nos et heredes nostri singulis annis ad festum Sancti ANDREE apostoli viginti solidos dictis monachis nomine redditus solvemus in perpetuum. Necnon et predictum redditum quem pro prioribus dampnis supradictis monachis a nobis illatis ad festum Sancti MICHAELIS reddere consuevimus reddemus prout carte nostre quas eisdem monachis fecimus testantur et hoc similiter sub pena unius marce nisi dicti redditus a nobis et heredibus nostris infra quindecem dies a dictis terris inperpetuum fuerint persoluti. Juravimus insuper super sacrosancta ecclecie de MARGAN quod nunquam nos nec homines nostri nec

aliquis per nos intrabimus cum animalibus scilicet equiciis bobus capris porcis seu bidentibus ad pascendas terras dictorum monachorum illo tempore anni sine speciali licencia abbatis vel prioris nec in domibus eorum manebimus nec in aqua de NETHE infra divisas dictorum monachorum piscabimur scilicet ABERCLENDAUCH et ABERWRATH nec alios idem facere pro viribus nostris permittemus. Et ut hec omnia predicta a nobis et heredibus nostris fideliter et sine dolo teneantur in posterum voluimus quod si contra hanc cartam nostram nos seu herodes nostri venire presumpserimus aliquando quod absit ut statim excommunicationi subjaceamus et tota terra nostra interdicto ponatur sine dilacione. Ita plane ut cessantibus divinis careamus nos et homines nostri fidelium sepulturam donec plenarie dictis monachis satisfecerimus. Et ad majorem securitatem omnium supra dictorum dictis monachis hos plegios inveniemus videlicet LEYSANUM filium MORGANI CHAM dominum nostrum et heredes ejusdem. Cujus consilio concessione et voluntate hanc concordiam fecimus nisi eciam ea que predicta sunt firmiter a nobis et heredibus nostris fuerint custodita concedimus et ballivi domini Comitis et maxime ballivi castrorum de NETHE et de LANGUNETH ad hec omnia inviolabiliter conservanda nos compellant. Super hiis eciam omnibus ut hec nostra finalis concordia firmitatis robur optineat in posterum. Dominus WILLELMUS de BURGO LANDAVENSIS EPISCOPUS et capitulum loci ejusdem et dominus RICARDUS Comes GLOUC' et LEYSANUS filius MORGANI CHAM una cum sigillis nostris sigilla sua huic scripto apposuerunt. Hiis testibus STEPHANO BAUZAYN tunc vicecomite de GLAM' WALTERO de SULLYA GILBERTO de HUNFRANVILE JOHANNE de REIGNY NICHOLAS de LISWRENY tunc DECANO de GROUNEH WALTERO LOVEL RICARDO clerico de KEN' RESO clerico de LANGUNETH BERNARDO ap ESPUS WRONOU ap CRADOK LEWELINO ap GRIFFITH CRADOK ap MADOK GUAYCHO GOCH WRONON GOCH PHILLIPO filio MORGAN KETHEREK ap REALTHAN PREN et multis aliis."

Has autem omnes donaciones confirmaciones concessiones et convenciones prefatas tenore presencium pro me et heredibus meis sive assignatis iisdem monachis dedi concessi et confirmavi inperpetuum. Ita plane predicti monachi habeant omnia necessaria in omnibus nemoribus meis tam de adquisitis quam de jure hereditario habitis tam supra GREGAN quam subtus sine cujuscunque impedimento inperpetuum. Preterea dedi concessi et hoc presenti scripto meo confirmavi predictis monachis pro me et heredibus meis sive assignatis inperpetuum quod habeant liberum ingressum et egressum super terram meam undique cum animalibus suis et hominibus pro necessariis suis querendis in prefatis nemoribus ita quod nec ego nec aliquis nomine meo vel heredum meorum aut assignatorum valeat predictos monachos in tota terra mea super cariagiis suis de cetero faciendis inpedire vexare seu perturbare quovismodo. Quare volo et concedo quod prefati monachi habeant et teneant omnia supradicta bene et in pace libere et quiete integre plenarie et pacifice sine aliquo impedimento vel obstaculo inperpetuum. In cujus rei testimonium sigillum meum huic presenti scripto duxi apponendum. Datum apud AVENE in festo Beati BARTHOLOMEI apostoli anno Domini millesimo ccc^{mo} vicesimo octavo. Hiis testibus JOHANNE de AVENE domino de Avene et de KYLVEY et de SULLY JOHANNE LOVEL tunc senescallo domini de AVENE MADOC VAGHAN MORGANO ap REES OWENO ap MADOC GRIFFITH GETHYN fratre meo et multis aliis.

CCLII.

CARTA JOHANNIS DE HORTON &c.

[FRANCIS MSS.] 1328.

Sciant presentes et futuri quod nos JOHANNES de HORTON et JOHANNA uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus domino ROBERTO de PENRES militi et ISOBELLE uxori ejus quadraginta duas

acras unam rodam et undecim perticas tam terre arabilis quam prati et vasti cum pertinentiis in subbosco mensuratas per virgam xx^ti iiij pedum domini Regis et quelibet acra continebit in se novies viginti et duodecim perticas quam quidem terram nos habuimus ex dono et concessione domini WILLIELMI de BREWES patris domine ALIVE de MOUMBRAY que quidem terra devenit in manu predicti domini de BREWES per excaetam pro quadraginta marcis nobis pre manibus persolutis de quibus terris et tenementis WILLIELMUS ap JEVAN et GR[IFFIN] et JEVAN fratres ejus quondam tenuerunt unam rodam et triginta et novem perticas prati apud BOYNARHAUST. Et MADOCUS COYG quondam tenuit duas acras unam rodam et quinque perticas terre arabilis apud KAPRE. Et WILLIELMUS VACHAN ap WELYN ap GR[IFFIN] quondam tenuit octo acras terre arabilis et duas acras tres rodas et sex perticas vasti ibidem. Et JEVAN ap HOUWEL ap GRONOU quondam tenuit duas acras dimidi et triginta et octo perticas terre arabilis apud KYLWARCRAUALTHM. Et JEVAN ap IVOR quondam tenuit octo acras terre arabilis triginta et quatuor perticas vasti apud KLUYNGNAYHO et KYLTHU'. Et RES ap LEWELYN quondam tenuit decem acras et tres perticas terre arabilis et quinque acras et tres perticas prati apud RYAN et KYLTHYHYR.........Et WILL' ap RIC quondam tenuit duas acras tres rodas viginti et septem perticas terre arabilis apud KYLWONNEN et BRYNGUAS. Habenda et tenenda omnia predicta tenementa cum pertinentiis dictis ROBERTO et ISOBELLE et heredibus de corporibus ipsorum ROBERTI et ISOBELLE exeuntibus de capitalibus domini GOUHERIE libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum. Reddendo annuatim dictis capitalibus dominis GOUHERIE duos denarios ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis secularibus exactionibus et demandis.

CCLIII.

LICENCIA DATA CURIA COMITATUS ROG: DE BERKEROLES.

[FRANCIS MSS.] 12 SEPT: 1328.

Curia comitatus GLAMORGANIE tenta apud KAERDIF die LUNE proximo

ante festum exaltacionis Sancte crucis anno regni Regis EDWARDI Tercii a conquestu secundo.

ROGERUS de BERKEROLES dat domino xx solidos pro licencia concedenda WLADOUSE filie RICARDI SYWARD junioris de tenemento in MERTHELMAUR per plegium MEURIC KEMMEYS.

Dorso. Licencia ROGERI BERKEROLLES concedendi.

CCLIV.

EXTENTA DE LANDESEY.

[FRANCIS MSS.] 1328—9.

EXTENTA de LANDESEY..............................anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum secundo per sacramentum THOME SY................. HUGHES RICARDI WHELAR ROGERI JEVAN HENRICI MACI HENRICI filii THOME nativorum q............LANDESEY duas carucatas terre et servicium xvi denariorum ad wardam castri de OGEMORE due cri................................ domini in exercitu cum acciderit nisi possent........... ......die r...meare [?]

Item dicunt quod tene..............CAUTISE et de domino de OGEMOR per servicium x denariorum ad wardam die Crucis adorate et per sectam ad curiam de.....................

Item dicunt quod sunt..................... [LAN]DESEY i grangia i beveria i bercaria et i bertona que valent per annum ultra reprisam xii denario......

TERRA ARABILIS. Item dicunt quod in campo boriali sunt xxvi acre i roda unde de xii acris valet acra per annum iiii denarios et de xiiii acris i roda valet acra per annum iii denarios. In PUTFORLONG sunt xv acre et apud......OLL...RE i acra dimidia valet acra per annum vi denarios In MOILESLONDE in majori pecia sunt v acre et valet acra per annum iiii denarios. In alia pe..............in SIWARDISLONDE sunt vii acre unde de ii acris valet acra iii denarios et de v acris valet acra ii denarios...........UKESACR valet....................annum i denarium.

Item apud EDMARSWILLE sunt ii acre et valet acra per annum i denarium. In cultura..................................valet acra per.................i denarium. In cultura que vocatur SPLOTFORLONG sunt xvii acre et valet acra per annum iii......................et valet acra per..................ii denarios. ARNALDISLONDE sunt vii acre et valet acra per annum ii denarios. In BRUGGES............et valet acra per annum i denarium

Summa .... roda ....

Summa .... xxix solidi .... denarii et quadrans

PRATUM. Item dicunt quod in SOUTHMEDOWE sunt iii acre i roda prati et valet acra per annum ii solidos. I[tem i]n LA[NG]EMEDE sunt iii acre iii rode et valet acra ii solidos. Item apud PORTWEY est i acra i roda et valet acra............

[Item apud] HOLE MORE sun .... valet acra per annum ii solidos. In BIREDISMOR [?] i acra et valet per annum ii solidos............

Summa...... ......xv......rode

Summa [denariorum] xxxv solidi vi denarii.

PASTURA. Item dicunt quod in SOMERLES............ii acre iii ro............ valet acra per annum viii denarios.

Item...... ...v denarios. In SOUTHERMORE sunt iii acre et valet acra............PORTH ... ... sunt v acre dimidia et valet acra per annum v denarios.

Item apud GRI...... ... ...sunt ii acre et valet acra per annum............

Summa...... ...ix... ...

Summa...... ....

TENENTES. THOMAS SIGYE tenet x...... ......semel ad frumentum cum i carruc... ... Et debet invenire i peditem... ... ... Et ......ctam curie et heriettum ... ...

[Cetera desunt.]

CCLV.

BREVIA REGIS.

[P.R.O. J.] 1320.

1. Know all men etc. I LLEWELYN P: of NORTH WALES have granted to MORGAN GAM and his heirs all the land of LANDYMORE with its appurtenances to hold by the service of one knights fee. Also all the land on the east side of the TAWY as that water falls into the sea. Testibus MADOC filio GRIFFITH MAYLOUR MEREDITH filio ROBERTI ETHENWIT EYNON filio WALKENEY MADOC filio RIRID MAELGON filio RESI CRIK RES filio GRIFFINI.

2. Petition to our Lord the King from the tenants of our Lord the PRINCE in LANDIMOR and KILVEY in WALES. They state that LLEWELYN PRINCE PRINCE of WALES gave to MORGAN GAM the said lands which were held by the said Prince as of the Lordship of KERMERDYN till JOHN de BREWIS then Lord of GOWER by duresse and coercion etc etc.......... the Earl of WARWICK now in seizin of GOWER. They request that the Princes chancery may be instructed to direct his ministers to enquire whether LANDIMOR and KILVEY do not appertain to the Lordship of CAERMARTHEN.

CCLVI.

BREVIA REGIS.

[P.R.O. R.] 1330.

1. WOODSTOCK 19 MAY 4 EDWARD III. a writ to the SHERIFF of GLAM: and MORG: that JOHN the son of RICHARD de SUTTON Lord of MALPAS 19 JANUAR: 20 EDWARD: II. [1327] recognised in chancery a debt of £3,000 to JOHN de CHERLTON for which he is to levy to the value of £500 upon goods etc of the said JOHN de S: in his Bailiewick.

Enclosure.

I ROGER de CHAUNDOS vicecomes of GLAMORGAN and MORG: do notify

that I have extended the lands which were of JOHN son of RICHARD de SUTTON Lord of MALPAS on the 19 JANUAR: 20 EDWARD II. and [have] delivered the moiety of such tenements to ADAM de SHARESHULL attorney of JOHN de CHERLTON.

2. Extent and certification of lands and tenements of JOHN son of RICHARD de SUTTON Lord of MALPAS made at KAERDIFF before the vicecomes of GLAM: and MORG: 20 APRIL 4 EDWARD: III. by the oaths of HENRY le SOOR PHILIP GOUWELL JOHN de HALTON WILLIAM EVERARD JOHN TRUSTREY RICHARD de SOUTHOUS DAVID ap JENKYN ROGER de HODENET MADOK VELYN PETER ap YWAN THOMAS HENRY and THOMAS LAVEROK who say that JOHN son of RICHARD de SUTTON had at the date of the writ a moiety of the manor of DINAS POWYS where is a certain castle worth nil beyond reprises. Also 215 acres of arable 71 s. 4 d..........£7, 10, per annum. Down pasture worth yearly 60 s. A moiety of 2 water mills which moiety is worth 6 marcs. 50 acres bosc underwood worth 5 s. Also 20 customary tenants and a half who render yearly 5 marcs and 10 d. Also free tenants paying by the year 33 s. 4 d. Also he had in LANEDARN which particular paid manor rents from divers tenants 12 s. and six pence halfpenny. No goods or chattels.

CCLVII.

PLACITUM CORAM COM: GLAM: INTER ABBATEM DE MARGAN ET JOH: DE WOLEDON.

[FRANCIS MSS.] 25 Nov: 1130.

L.—Comitatus GLAMORGANIE tenta apud KAERDIF die LUNE proxima ante festum Sancti ANDREE apostoli anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quarto—coram PETRO de VEEL Vicecomite GLAMORGANIE et MORGANNOK.

Abbas ecclesie Beate MARIE de MARGAN optulit se versus JOHANNEM de WOLEDON in placito——quod acquietet dictum abbatem de servicio quod JOHANNES le FLEMMYNG de SANCTO GEORGIO ab eo exigit de libero tenemento quod de prefato JOHANNE de WOLEDON tenet in BONEVYLLESTON unde idem JOHANNES de WOLEDON qui medius est inter eos eum acquietare debet ut dicit. Et unde queritur quod pro defectu eius distringatur. Et predictus JOHANNES de WOLEDON summonitus fuit et fecit defaltum per quod preceptum fuit quod attachietur. Et ballivus respondet quod nihil habuit in balliva sua per quod attachiari potuit per quod consideratum fuit quod dictus JOHANNES de WOLEDON distringet. Et quod proclamacionem fieret in duobus plenis comitatibus quod predictus JOHANNES de WOLEDON veniret ad dictum abbatem acquietandum de servicio quod dictus JOHANNES le FLEMMYNG ab eo exigit &c. Et ballivus respondet quod nihil habuit in balliva sua per quod distringere potuit. Et proclamacio facta fuit in duobus plenis comitatibus videlicet in comitatu tento die LUNE proximo ante festum omnium Sanctorum et in comitatu tento die LUNE proximo ante festum Sancti Andree anno supradicto et modo solempniter vocatus et non venit. Ideo consideratum est quod predictus JOHANNES de WOLEDON amittat servicium predicti abbatis et a modo et——respondeat sed quod predictus abbas predicto JOHANNI le FLEMMYNG de servicio suo decetero sit intendens et respondens. Et predictus JOHANNES le WOLEDON inde imperpetuum sit excluso etc.

[Sigillo amisso.]

CCLVIII.

BREVE REGIS PRO G: DE TURBERVILL.

[ROT: PAT: 5 ED. III, P. 8. M. 40 DORSO.] 26 JAN: 1331.

Pro GILBERTO de TURBERVILL.—Rex dilectis et fidelibus suis ROGERO

Chaundos Johanne Inge Hugoni de langelond et Ade Lucas salutem. Monstravit nobis Gilbertus de Turberville per peticionem suam coram nobis et consilio nostro in presenti parliamento nostro exhibitam quod cum ipse in curia Ricardi de Peshale et Aline uxoris ejus de Gower petivisset versus eosdem Ricardum et Alinam per breve ipsorum Ricardi et Aline de forma donacionis secundum consuetudinem parcium illarum manerium de Landimor in Gouwer cum pertinentiis quod Morganus Cha [m] dedit Gilberto de Turberville in liberum maritagium cum Matilda filia ejusdem Morgani et quod post mortem eorundem Gilberti et Matilde descendere debet per formam donacionis predicte et in eadem curia prosecutus fuisset pro justicia secundum leges et consuetudines partium illarum optinenda et licet nos pro eo quod idem Gilbertus propter diversas cavillaciones et exceptiones in curia predicta minus juste propositas et prefato Gilberto in loquela predicta in justicia exhibenda defuisse tunc in defectam ipsorum Ricardi et Aline ad justiciam eidem Gilberto in loquela illa faciendam secundum leges et consuetudines parcium illarum per vos procedatur.

Et ideo vobis predictorum Ricardi et Aline personalitér accedentes recordum et processum loquele predicte coram vobis tribus vel duobus vestrum rectari et examinari faciatis et si per recitacionem et examinacionem hujusmodi inveneritis predictos Ricardum et Alinam prefato Gilberto justiciam in eadem loquela fecisse tunc inde nullatenus intromitatis et si per recitacionem et examinationem predictas inveniri contigerit ipsos Ricardum et Alinam eidem Gilberto et exhibicione justicie in loquela predicta defuisse sicut predictum est tunc vos tres vel duo vestrum in loquela illa procedatis et partibus inde plenam justiciam faciatis secundum leges et consuetudines supradictas in forma predicta.

Ei si forsan ad inquisicionem patrie in loquela illa capiendam fuerit procedendam et inquisicio illa per homines de dicta terra de Gower propter calumpnias rationabiles partium capi nequiverint tunc inquisicionem illam

per sacramentum proborum et legalium hominum de partibus vicinis videlicet injuriosas dilaciones inter ipsos RICARDUM et ALINAM et sectatores curie illius machinatas justiciam in loquela illa consequi non potuit ad querelam ejusdem GILBERTI pluries mandaverimus prefatis RICARDO et ALINE quod dicto GILBERTO inde fieri facerent justicie complementum iidem tamen RICARDUS et ALINA prefato GILBERTO in loquela predicta justiciam hucusque facere non curarunt set ei defuerunt in justicia exhibenda sicut ex querela ipsius GILBERTI accepimus iterata super quo idem GILBERTUS nobis cujus instancia supplicavit ut ei de remedio providere curaremus in hac parte.

Nos igitur qui ratione superioris domini sumus omnibus et singulis de regno et dominiis nostris in exhibicione justicie debitores volentes dicto GILBERTO in hac parte justiciam exhiberi assignavimus vos tres et duos vestrum justiciarios nostros ad recordum et processum loquele predicte in curia predictorum RICARDI et ALINE habita in eadem rectari faciendum et ea plenius examinandum.

Ita quod si invenire contigerit ipsos RICARDUM et ALINAM eidem GILBERTO justiciam in eadem loquela fecisse ulterius inde per vos contra libertatem suam nullatenus attemptetur et si per vos inventum fuerit predictos RICARDUM et ALINAM de comitatu KAERMERDYON et senescalciis terrarum de CANTRE MAURE et CARDIGAN ac terra de GLAMORGAN capiatis facturi inde quod ad justiciam pertinet secundum leges et consuetudines partium predictarum salvis etc. mandavimus enim prefatis RICARDO et ALINE vel eorum loco tenenti in predicta terra de GOUWER quod ipsi ad certos dies et loca quos vos tres vel duo vestrum eis scire faciatis exhibere faciant coram vobis tribus vel duobus vestrum in dicta curia recordum et processum loquele predicte examinandum in forma predicta et vobis tribus vel duobus vestrum ulterius in eadem loquela pareant et intendant et eisdem quod ipsi de predicta terra de GOUWER nec non vicecomiti nostro comitatus predicti quod ipse de comitatu predicto et senescallis nostris senescalciarum predictarum

quod ipsi de senescalliis predictis ac dilecto et fideli nostro WILLIELMO la ZOUCHE domino de GLAMORGAN vobis tribus vel duobus vestrum tot etc. legales homines per quos etc. et inquiri. In cujus etc.

Teste Rege apud WALTHAM Sancte Crucis xxvj die Januarii.

Per peticionem de consilio.

CCLIX.

BREVE REGIS DE OPPRESSIONIBUS IN GOWER.

[ROT: PAT: 5 ED. III. p^s I. M. 36 DORSO.] 28 JAN: 1331.

De audiendo et terminando de diversis oppressionibus factis hominibus terre de GOWER.

Rex dilectis et fidelibus suis GILBERTO TALBOT RADULPHO GLOYON JOHANNI INGE et RICARDO PENRES salutem. Sciatis quod cum WILLIELMUS de BREWOSA nuper dominus de terra de GOWER per cartam suam pro se et heredibus suis et suis assignatis omnibus abbatibus prioribus hospitalariis templariis militibus libere tenentibus et eorum tenentibus tam ANGLICIS quam WALENSIBUS infra precinctum comitatus ANGLICANE GOWERIE inhabitantibus seu terram tenentibus diversas libertates tenendum et habendum sibi et successoribus suis seu heredibus et assignatis suis imperpetuum volens insuper et concedens pro se et heredibus et assignatis suis quod quandocumque ipse vel heredes sui vel assignati aliquem articulum ipsarum libertatum quacumque arte vel ingenio violarent contra dictas concessiones et libertates aut consuetudines seu illarum aliquam in quocumque articulo temere veniendo domino Regi ANGLIE in quingentis libris argenti nomine puri debiti nec non cui vel quibus ex hominibus predictis aut heredibus eorum injuriatum foret contra dicte carte tenorem in aliis quingentis libris argenti nomine puri debiti solvendis una cum dampnis sibi adjudicandis secundum precium illarum consuetudinum infra dimidium annum a tempore transgressionis commisse quociensoumque facerent vel

attemptarent quicquid contra premissa aut eorum aliqua se et heredes suos tenore ejusdem carte teneri et obligari ac jam ex frequentibus querelis diversorum hominum et tenencium terre predicte acceperimus quod Ricardus de Peshale et Alina uxor ejus filia et heres prefati Willielmi domini terre predicte de Gower diversa transgressiones oppressiones injurias dampna et gravamina quam plurima tam per se et per ministros suos ibidem dictis hominibus et tenentibus contra formam libertatum et concessionum predictorum et contra leges et consuetudines ibidem habitas et hactenus usitatas multipliciter intulerunt et adhuc indies inferre non desistunt in ipsorum hominum et tenencium dispendium non modicum et depauperacionem manifestam de quibus quidem transgressionibus oppressionibus injurijs dampnis et gravaminibus dicti homines et tenentes in curia ipsorum Ricardi et Aline pro eo quod premissa ipsos tangunt justiciam consequi non possunt super quo iidem homines et tenentes per peticionem suam coram nobis supplicarunt ut eis de remedio in hac parte providere curaremus nos igitur ad concessiones et penas predictas consideracionem habentes ac ratione superioris dominii quo sumus omnibus et singulis de regno et dominiis nostris in exhibicione justicie debitores volentes tam pro nobis quam pro predictis hominibus et tenentibus in hac parte justiciam exhibere assignavimus vos tres et duos vestrum justiciarios nostros ad cartam predictam inspiciendum et examinandum et ad inquirendum per sacramentum de dicta terra de Gower per quos et de omnibus transgressionibus oppressionibus injuriis dampnis et gravaminibus contra tenorem carte predicte hominibus predictis illatis necnon ad querelas omnium et singulorum eorundem hominum et tenencium de hujus modi transgressionibus oppressionibus injuriis dampnis et gravaminibus conqueri volencium nisi iidem Ricardus et Alina vel eorum ministri ante adventum vestrum ad terram predictam eisdem hominibus et tenentibus inde faciant justicie complementum audiendi et terminandi secundum leges et consuetudines parcium illarum. Et ideo vobis mandamus quos vos tres vel duo vestrum ad terram predictam

personaliter accedentes premissa omnia et singula faciatis et expleatis in forma predicta. Et si forsan inquisiciones per vos tres vel duo vestrum super premissa capiende vel aliqua earum per homines de terra predicta propter calumpnias rationabiles capi nequiverint tunc eas per sacramenta proborum et de partibus vicinis videlicet in comitatu KAERMERDYN et senescallus terrarum de CANTREMAURE et CARDYGAN et terra de GLAMORGAN ad certos etc. etc. quos vos tres vel duo vestrum ad hoc providentes capiatis et transgressiones oppressiones injurias dampna et gravamina predicta audiatis et terminetis in forma predicta facturi etc.........secundum leges et consuetudines parcium illarum salvis etc etc. Mandavimus enim prefatis RICARDO et ALINE quod ipsi de terra predicta de GOWER et vicecomiti nostro comitatus predicti quod ipse de eodem comitatu ac senescallis nostris senescalciarum predictarum quod ipsi de senescalciis suis necnon et WILLIELMO la ZOUCHE domino de GLAMORGAN quod ipse de dicta terra de GLAMORGAN ad certos dies et loca quos vos tres vel duo vestrum eis scire faciatis venire faciatis coram vobis tribus vel duobus vestrum tot et tales etc. etc. terris predictis per quos etc. etc. in premissis etc. etc. et inquiri. Et vobis tribus vel duobus vestrum in premissis omnibus et singulis pareant et intendant. In cujus etc. etc. Teste Rege apud HERTFORD xxviii die Januarii.

Per consilium.

CCLX.

ASSIGNATIO REGIS DE OPPRESSIONIBUS IN GOWER.

[ABB: ROT: ORIGIN: ROT: 29 5. E III.]

Rex assignavit GILBERTUM TALBOT RADULPHUM BLOYON JOHANNEM INGE et RICARDUM PENRES justiciarios Regis ad cartam que WILLIELMI de BREWOSA nuper dominus de terra de GOWER concessisset abbatibus prioribus hospitalariis templariis militibus libere tenentibus etc. inspiciendum et

et examinandum et ad inquirendum etc. de omnibus transgressionibus oppressionibus etc contra tenorem carte predicte hominibus predictis illatis necnon etc.

CCLXI.

CARTA JOHANNIS DE AVENE GRIFFINO GETHYN.

[Francois Mss.] 6 Jan: 1333.

Sciant presentes et futuri quod nos Johannes de Avene dominus de Avene Suly et de Kilvei et Isabella uxor mea et Thomas filius noster dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Griffino Gethyn ap Madoc ap Res et heredibus suis ac assignatis duas acras prati cum pertinentiis jacentes apud Gwenelunournaz in dominio de Kilvei inter terram Cradoci ap Ever vocatam Tulegaron ex parte orientali et terram ipsius Cradoci vocatam Corsloyn ex parte occidentali et fontem vocatam Ffonongailthaz ex parte australi et terram Treharn ap Jevan ap Treharn ex parte boriali pro decem solidis sterlingorum nobis pre manibus persolutis. Habendum et tenendum eidem Griffino et heredibus suis ac assignatis libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum cum omnibus pertinentiis libertatibus liberis consuetudinibus ac aysiamentis suis quibuscunque.

Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris ac assignatis ipse Griffinus et heredes sui ac assignati duos denarios bone et usualis monete ad festum Sancti Michaelis et faciendo alia servicia debita et de jure cousueto. Et nos vero predicti Johannes et Isabella et Thomas et heredes nostri predictas duas acras prati cum pertinentiis libertatibus liberis consuetudinibus ac aysiamentis suis omnimodis ut predictum est eidem Griffino et heredibus suis ac assignatis per redditus et servicia in forma prenotata contra omnes mortales warantizabimus et defendemus inperpetuum.

In cujus rei testimonium huic presenti carte sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus MORGANO ap RES tunc senescallo nostro de KILVEI MADOCO VOIL bedello ibidem RES ap HOWELL ap MORGAN LEYSANO ap RES ROBERTO ap REES WILLIELMO DUY ap MEURIC VAGHAN MEURIC KAR et multis aliis.

Datum et confectum apud KILVEY die MERCURII in festo EPIPHANIE Domini anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum sexto

CCLXII.

CONFIRMATIO DOMINI JOHANNIS DE MOUMBRAY DN'I DE GOWER.

[COLL: TOP: ET GENEAL: IV. P. 29.] 1334.

Sciant presentes et futuri quod nos JOHANNES de MOUMBRAY dominus insule de HAXIHOLME honoris de BREMBRE et de GOUHIA inspeximus cartam HENRICI quondam comitis de WARWYK et dn'i GOUHIE in hec verba.

Sciant presentes et futuri quod ego HENRICUS comes de WARWYK et dn's GOUWER do et confirmo Deo et abbathie de NEETH et monachis ibidem Deo servientibus unam piscariam de SUBPULCANA quam RANULFUS heremita quondam tenuit. Et libertatem piscandi et pisces capiendi et habendi cujuscunque generis fuerint ubique inter PULCANANAM et aquam de TAUWY cum retibus et aliis ingeniis prout melius sibi viderit expedire omni tempore anni. Et liberam licenciam construendi et levandi unam gurgitem ex ta... ...nsu'......so ejusdem aque de TAUWY a terra eorum apud GLYNTAUWY qua vocatur ENYSUMWEN usque ad firmam et siccam terram de GOUWER. Et quod habeant iidem monachi et eorum successores totam piscacionem ejusdem aque tam ex parte terre mee de GOWER quam ex parte eorum per quadraginta perticatas ex utraque parte terre dicte gurgitis. Preterea concedo et confirmo predictis monachis totam illam donacionem quam fecit eis

Henricus de Vilers in feodo de Talbont vid't totam terram que est inter hos quatuor terminos ab occidentali parte aque de Lohor: a meridie rivulus qui vocatur Winuein et a capite illius rivuli indirectum usque ad fossam que est sub Predewen et inde usque ad proximum rivulum sicut idem rivulus cadit in Liv, ab orientali parte aque Liv, ab aquilonali duo rivuli qui oriuntur inter Keuenarth et Coppedegroue quorum unus cadit in Lohor et alter in Liv p.........juxta Alnetum et capellam Sti Michaelis de Carnu que est inter dictos terminos simul cum omnibus aisamentis tocius feodi de Talbont in pascuis et aquis in moris et mariscis. Et ubique communionem in pasturis et ceteris aisiamentis ad predictum feodum pertinentem. Hec omnia dedi predictis monachis in liberam elemosinam imperpetuum. Et ego et heredes mei omnia predicta cum pertinenciis predictis monachis et eorum successoribus contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei memoriam hanc meam cartam eisdem monachis feci et sigillo meo consignavi. Hiis testibus Antonio monacho. Cadivor sacerdote Willelmo de Londiniis et multis aliis.

Preterea inspeximus cartam Willelmi quondam comitis de Warwyk et dni Gouh'ie sub eo qui sequitur tenore.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus comes de Warwyk et dn's de Gouwer do et confirmo Deo et abbathie de Neeth et monachis ibidem Deo servientibus totam illam donacionem quam fecit eis Henricus comes de Warwyk antecessor meus vid't unam piscariam [etc. sub verbis precedentibus usque ad verbum] pertinentem. Hec omnia do et confirmo predictis monachis et eorum successoribus simul cum libertate de theloneo et omni consuetudine seculari pro quacunque vendicione vel empcione per se vel per suos facta vel facienda per totam terram meam in futurum in liberam puram et perpetuam elimosinam. Et ea omnia et singula tam ego quam heredes mei eisdem in forma predicta warantizabimus imperpetuum. Et quia dissensiones sepe fuerunt inter me et dictos monachos pro finibus

inter terram meam de KILUEY et terram eorum quam tenent de comite GLOUCESTRIE in occidentali parte aque de NEETH ego cum consilio meo et dicti monachi per assensum ejusdem comitis eosdem fines perambulavimus. Incipiendo ab illo loco ubi rivulus qui vocatur CREMELYN cadit in MALAM MORAM et sic ascendendo per eundem rivulum usque ad proximum vadum saxosum ubi via ducens de LANSAMLE se extendit ultra dictum rivulum per ESKEYRHYRAYTH versus dictam abbatiam et inde directe per boscum usque ad fontem St'i ILTUTI et inde linealiter usque ad FONNON DOYM et inde directe in rivulum qui vocatur GLEYS et inde per eundem rivulum usque ad illum locum ubi idem rivulus cadit in TAUWY. Et quia non potuimus pro aquis et moris perambulare fines predicte terre a dicto loco ubi CREMELYN cadit in MALAM MORAM usque ad mare unanimi voluntate eundem rivulum descendentem per medium ejusdem more usque in mare finem constituimus. Quos quidem fines et omnia predicta perhenniter duratura pro me et heredibus meis confirmo per sigilli mei impressionem. Hiis testibus NIGELLO de MUNDAVILLA HENRICO fratre comitis RADULFO de la MARE et multis aliis.

Nos autem ad honorem Dei et ecclesie ac pro salute anime nostre et pro animabus omnium antecessorum heredum et successorum nostrorum omnes et singulas donaciones concessiones et confirmaciones predictas necnon concessiones et confirmaciones quascunque quas WILLS de BREWES avus noster dudum dominus GOWERIE per cartam suam magnam de libertatibus ejusdem patrie fecit abbatibus prioribus hospitalariis templariis militibus libere tenentibus et eorum tenentibus ac eorum hominibus tam ANGLICIS quam WALENSIBUS infra precinctum comitatus ANGLICANI GOUHIE habitantibus seu terram tenentibus. Donaciones insuper concessiones et confirmaciones quas singuli antecessores nostri fecerunt per cartas suas prefatis monachis tam specialiter eisdem quam generaliter cum comitate GOUHERIE donaciones et concessiones et confirmaciones omnes et singulas quas liberi tenentes infra

limites terre de Gouh'ia fecerunt per cartas suas predictis monachis de terris tenementis et libertatibus quibuscunque ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris ac assignatis quantum in nobis est dilectis in Cristo nunc abbati et monachis loci predicti et eorum successoribus concedimus remisimus ratificamus et confirmamus in liberam puram et perpetuum elimosinam sicut aliqua elimosina liberius dari vel teneri. Salvo uno espuario rubeo nobis et heredibus nostris annuatim in festo nativitatis b'ti John'is baptiste pro quodam tenemento in Logh'ne quod vocatur Ilonde annuatim persolvendum pro omnibus aliis serviciis consuetudinibus sectis donis auxiliis quibuscunque in perpetuum. Volentes et concedentes pro nobis heredibus nostris et assignatis quod ista carta et omnes alie carte supradicte secundum vim formam et effectum eandem in omnibus suis articulis firmiter et inviolabiliter observentur imperpetuum. Licet articuli aliqui in eisdem vel aliqua earundem contenti hucusque minime fuerint observati. Concessimus et pro nobis heredibus et assignatis nostris quod nos nec heredes nostri nec aliquis per nos pro nobis seu nomine nostro aliquid faciemus vel perquiremus per quod ista carta vel aliquam dictam cartam aliqualiter infringatur vel infirmetur aut adnichiletur et si aliquid ab aliquo perquisitum vel factum fuit contra easdem nichil valeat et pro nullo habeatur in futurum. Quare precipimus et mandamus senescallo nostro Gouh'ie et omnibus ac singulis ballivis et ministris nostris parcium illarum tam presentibus quam futuris quod istam cartam et omnes predictas cartas tam magnam cartam de libertatibus Gou'hie quam alias quascunque secundum tenorem earundem plenarie allocetis. Et omnes libertates et singulas in eisdem et singulis earundem contentas visitatas et non visitatas conservetis illesas et ab aliis de cetero conservari faciatis imperpetuum. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam nostram sigilli nostri impressione roboravimus. Hiis testibus dominus Thoma de Lacon tunc senescallo Gou'hie Nicholao de Hewyk Roberto de Penres Johanne de

LANGETON militibus RICARDO de PENRES JOHANNE de la BERE RICARDO de RICHEMOUND PHILLIPO SCORLAG' ROBERTO de la MARE RICARDO SCORLAG' ADA de la BERE ROBERTO MANXEL RICARDO MANXEL et aliis. Datum apud OSTREM' sexto decimo die mensis AUGUSTI anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto: et anno regni Regis EDWARDI tercij post conquestum octavo.

CCLXIII.

CARTA GILBERTI DE TURBIRVILLA ROBERTO DE PENRES.

[FRANCIS MSS.] 27 APR: 1335.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit GILBERTUS de TURBIRVILLA dominus de LANDYMORE filius et heres domini PAGANI de TURBIRVILLA salutem in Domino sempiternum. Cum dominus WILLIELMUS de BREWOUSA filius et heres domini JOHANNIS de BREWOUSA olim disseisivit dominum GILBERTUM de TURBIRVILLA proavum meum de manerio de LANDYMORE cum pertinentiis in domino de GOUHERIA qui illud tenuit in feodo talliato conjunctim cum MATILDA uxore ejus et cujus quidem manerii feodum et jus ad me tanquam heredem eorundem pertinet et postmodum predictus dominus WILLIELMUS de BREWOUSA filius et heres domini JOHANNIS de BREWOUSA et dominus WILLIELMUS de BREWOUSA dominus GOUHERIE filius ejusdem domini WILLIELMI et dominus WILLIELMUS de BREWOUSA filius ejusdem domini WILLIELMI domini GOUHERIE dominum ROBERTUM de PENRES militem heredes suos et assignatos et alios tenentes de quibus dictus dominus ROBERTUS perquisivit de aliquibus terris et tenementis infra illud manerium ad exheredationem meam feofavisset sub certa forma tenendis. Noverit universitas vestra me dicto domino ROBERTO heredibus suis seu assignatis gratiam velle facere specialem in hac parte ac omnino pro me et heredibus meis quietum clamare in perpetuum. Concessi eidem

domino ROBERTO pro me et heredibus meis quod ipse dominus ROBERTUS et heredes sui imperpetuum habeant et teneant omnia predicta terras et tenementa cum pertinentiis que habuit ex dono et concessione dictorum domini WILLIELMI de BREWOUSA filii et heredes domini JOHANNIS de BREWOUSA et domini WILLIELMI de BREWOUSA domini GOUHERIE filii ejusdem domini WILLIELMI et domini WILLIELMI de BREWOUSA filii ejusdem domini WILLIELMI domini GOUHERIE ac aliorum tenencium de quibus dictus dominus ROBERTUS perquisivit de me et heredibus meis per servicia et consuetudines que eidem domino WILLIELMO domino GOUHERIE inde fecit et per sectam ad curiam meam ibidem de tribus septimanis in tres septimanas et per forinseca servicia que ad illa tenementa pertinent. Salva tamen mihi et heredibus meis cognicione omnium placitorum ad curiam meam de LANDYMORE contingencium omnium tenencium et residencium infra feodum meum de LANDYMORE. Nolens quod idem dominus ROBERTUS heredes sui seu assignati per me heredes meos ve[l] assignatos aliquo alio titulo occasionentur nec in aliquo molestentur seu graventur. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus domino JOHANNE de LANGETONA milite JOHANNE de la BERE RICARDO de PENRES WILLIELMO de PENRES ROBERTO de la MARE et multis aliis. Datum apud LANDYMORE vicesimo septimo die mensis APRILIS anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum nono.

CCLXIV.

CARTA DAVID RECTORIS DE COYTIFF ET JOH: SEYS ROGERO DE BERKEROLIS.

[FRANCIS MSS.] 28 JULII 1335.

Sciant presentes et futuri quod nos DAVID rector ecclesie de COYTIF et JOHANNES SEYS capellanus dedimus concessimus et hac presenti carta nostra

confirmavimus ROGERO de BERKEROLIS filio domini WILLIELMI de BERKEROLIS militis et KATERINE uxori ejus totum manerium nostrum de MARTHELMAUR cum suis pertinenciis et in terris pratis pasturis boscis viis semitis molendinis aquis piscariis tenentibus et eorum redditibus et serviciis una cum omnibus aliis libertatibus aisiamentis et commodis ad dictum manerium aliquo modo spectantibus. Habendum et tenendum dictum manerium cum suis pertinenciis et in terris pratis pasturis boscis viis semitis molendinis aquis piscariis tenentibus et eorum redditibus et serviciis una cum omnibus aliis libertatibus aisiamentis et commodis ad dictum manerium aliquo modo spectantibus predictis ROGERO et KATERINE uxori ejus et heredibus de corporibus suis procreatis de capitalibus dominis GLAMORGANCIE per servicia inde debita et consueta libere quiete bene integre et in pace jure hereditario imperpetuum. Pro hac autem nostra donacione concessione et presentis carte nostre confirmatione dederunt nobis predicti ROGERUS et KATERINA uxor ejus centum marcas sterlingorum pre manibus. Et nos vero dicti DAVID rector ecclesie de COYTIF et JOHANNES SEYS capellanus et heredes nostri et assignati predictum manerium cum suis pertinenciis et in terris pratis pasturis boscis viis semitis molendinis aquis piscariis tenentibus et eorum redditibus et serviciis una cum omnibus aliis libertatibus aisiamentis et commodis ad dictum manerium aliquo modo spectantibus predictis ROGERO et KATERINE uxori ejus et heredibus de corporibus suis procreatis contra omnes mortales warantizabimus et defendemus imperpetuum. Et ut hec nostra donacio concessio et presentis carte nostre confirmacio rata et stabilis imperpetuum permaneant hanc presentem cartam sigillorum nostrorum impressionibus roboravimus et confirmavimus. Hiis testibus domino HENRICO de UMFRAMVILLE domino PHILIPPO le FLEMYNG militibus JOHANNE de AVENE PHILIPPO de NERBER THOMA JOEL et aliis. Datum apud MARCHELMAUR vicesimo octavo die JULII anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto. [Sigillis amissis.]

[Dorso. MARTHILMAUR, carta talliata, 1331.]

CCLXV.

INSPEXIMUS HUGONIS LE DESPENSER DOMINI GLAMORGANIE ET MORGANIE.

14 Oct: 1338.

Sciant presentes et futuri quod nos Hugo le Despenser filius et heres domini Hugonis le Despenser et Alianore consortis sue dominus Glamorgan' et Morgan, inspeximus cartam celebris memorie domini Willielmi la Zouch et Alianore consortis sue matris nostre in hec verba.

Sciant presentes et futuri quod nos Willielmus la Zouch dominus Glamorgan et Morgan et Alianora consors nostra dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus burgensibus nostris ville nostre de Cardiff unam placeam terre in alta strata de Kardiff continentem quadraginta et sex pedes in longitudine et viginti et sex pedes in latitudine que quidem placea terre jacet juxta tenementum quondam Edwardi Kynezot ex parte boreali sicut predictis burgensibus certis bondis ad edificandum unam domum super predictam placeam terre vocatam Sothall. Itaque nos predicti Willielmus et Alianora consors nostra et heredes nostri decetero in eadem domo habeamus unum locum aptum et sufficientem ad omnia placita per prepositos nostros ville predicte in eodem loco tenendi et placitandi tam de nundinis ibidem per annum quam de aliis placitis. Et etiam ad omnia tolveta cujuscunque fuerint generis marchandise in eodem loco recipiendi. Et quod burgenses ville nostre predicte habeant omnia moda proficua de dictis domo prevenientia ad illos domos construenda et sustinenda habendum et tenendum predicta placita tum dicta domo superedificata prefatis burgensibus ville nostre predicte de nobis et heredibus nostris in perpetuum. Salvo nobis et heredibus nostris loco predicto ad viam faciendam sicut predictum est. Reddendo inde nobis et heredibus nostris annuatim ad festum Sti Michaelis unum par calcarum deauratorum. Nos vero predictus Hugo donationem concessionem et confirmationem

predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus concedimus et confirmamus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de KAERDIFF apposuimus. Hiis testibus dominis WILLIELMO de OBTALRIVE tunc senescallo terrarum nostrorum WILLIELMO de OARESWELL HENRICO de UMFRAVILL JOHANNE DAVANE militibus. JOHANNE le NORRIES LEWELINO ap KENEWRCK MATHO le SOORE THOMA de SORRY THOMA ap ARON JOHANNE LOVEL tunc ballivo comitatus de GLAMORGAN et multis aliis. Datum apud KAERDIFF quarto decimo die octobris anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum duodecimo.

CCLXVI.

RECORDUM PLACITI INTER JOHANNAM LE SOER ET T: BAUDRUPP. 12 MAR: 1339.

[ADD: CHART: 24. 297.]

JOHANNA quae fuit uxor ROBERTI le SOER summonita fuit ad respondendum THOME BAUDRUPP de placito quod reddat ei unum messuagium duas carucatas terre octo acras prati et centum solidos redditus cum pertinentiis in PENMARK que clamat esse jus suum et unde idem THOMAS seisitus fuit in dominico suo ut de feodo et jure tempore patris presentis Regis nunc etc.........capienda inde explecia etc.........Et in que eadem JOHANNA non habet ingressum nisi post dimissione quam JOHANNA filia THOMA ODYN cui predictus THOMAS illa dimisit ad vitam ipsius JOHANNE filie THOME ODYN inde fecit SIMONI de RALEGH et que post dimissione per ipsam JOHANNAM filiam THOMAE ODYN prefato SIMONI inde factum in feodo ad predictum THOMAM BAUDRUPP reverti deberet per formam statuti inde consimili casu provisi. Et inde producet sectam. Et predicta JOHANNA que fuit uxor ROBERTI le SOER per THOMAM JED [JOEL] attornatum suum defendit vim et injuriam etc.........quando etc.........Et dicit quod ubi predictus THOMAS

BAUDRUPP supponit per brevem suam quod dimisit tenura predicta ad vitam JOHANNE filie THOME ODYN dicit quod predictus THOMAS BAUDRUPP non dimisit tenura predicta predicte JOHANNE filie THOME ODYN ad terminum vite sue prout breve suum supponit et hoc paratus est verificare per patriam. Et predictus THOMAS similiter inde inquisitio jurate consensu partium electi videlicet dominus DUMFRAVYLLE ROGERUS BERKROLE milites LEWELYNN ap KENWREYIGH ALEXANDER PRIOR RICHARD FLEMMYNG JOHANNA DENYS WILLELMUS TEYNTINAR CHURCHE JOHN GREY PETRUS VAGHANN WILLELMUS DALDEYN JOHN of HAMME MORICIUS MAYLOEG dicunt per sacrum suum quod predictus THOMAS BAUDRUPP dimisit tenura predicta predicte JOHANNE filie THOME ODYN ad terminum vite sue prout breve predicte THOMAM supponit ideo causa contra predictum THOMAM BAUDRUPP recuperet inde seisanam predicta JOHANNA que fuit uxor ROBERTI le SOER in maritagio. In cujus rei testimonium huic recordo PETRUS CORBET tunc vicecomes GLAM' et MORG' sigillum suum apposuit. Datum apud KAERDYF die LUNE proxima festum Sancti GREGORII anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum tercio decimo.

CCLXVII.

CARTA HUGONIS SIGIN DE SIGINESTONE DOM: M: PINCERNE.

[ADD: CHART: 29 298.] SINE DATO.

Sciant presentes et futuri quod ego HUGO SIGIN de SIGINESTONE dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino MAURICIO PINCERNE et heredibus suis vel assignatis decem dainias et dimidiam terre cum pertinentiis suis de libero tenemento meo de SIGINESTONE scilicet que jacent continue in australi parte ville de SIGINESTONE et propinquiores in parte orientali vie que ducit de SIGINESTONE versus LANDILT. Tenendam et habendam de me et heredibus meis vel assignatis dicto MAURICIO et heredibus

suis vel assignatis libere et quiete bene et in pace integre et hereditarie imperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis dictus MAURICIUS et heredes sui vel assignati duos denarios esterlingorum ad duos anni terminos scilicet ad festum Sancti JOHANNIS baptistae unum denarium et ad festum Sancti MICHAELIS unum denarium pro omnibus serviciis querelis auxiliis sectis et secularibus demandis que de dicta terra exeunt vel aliquo casu exire poterunt. Et ego HUGO et heredes mei vel assignati dictas decem dainias et dimidiam cum pertinentiis suis dicto MAURICIO et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Pro hac autem mea donatione et concessione et carte mee confirmatione dedit mihi dictus MAURICIUS sexdecim solidos argenti premanibus in ingressum. Et ut hec mea donatio et concessio rate et stabiles permaneant presentem carta sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus JOHANNE filio WILLELMI PETRO filio ROGERI JOHANNE filio JOHANNIS WILLELMO THUSARD DAVID filio ROGERI HAMNID LACHAM WILLELMO HERBERD et multis aliis.

CCLXVIII.

AVICIA DE KAERDIF BALLIVO DE S: BRENTE BREVE DE SAISINA.

[ADD: CHART: 24. 299.] SINE DATO.

Dilecto amico suo ROBERTO de SANCTA BARBA ballivo de BRENTE AVICIA de KAERDIF salutem in Domino. Sciatis me dedisse in ligia viduitate mea ROBERTO SELIMAN de KARDIF filio meo unam virgatam terre cum pertinentiis suis in SUBRENTE illam scilicet virgatam terre quam SIMON de BERGEL pater meus mihi dedit in liberum maritagium. Tenendam et habendam de heredibus predicti SIMONIS patris mei ipso ROBERTO et heredibus suis vel ejus assignatis jure haereditario imperpetuum. Et quia ad presens ad hundredum

de Brente venire non possum ad ponendum dictum Robertum in saisinam de dicta virgata terre vobis supplico quod ponatis dictum Robertum per me in saisinam plenariam de predicta virgata terre cum pertinentiis suis in Brente sicut in carta quam predictus Robertus de me habet de predicta virgata terre melius et plenius acessatur. In cujus rei testimonium has literas meas vobis mitto patentes ut illas habeatis in warantum bene. Valete.

CCLXIX.

CARTA JOHANNIS FIL: ROBERTI DE LANDAF MILONI DE REGNY.

[Add: Chart: 24. 300.] Sine Dato.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes filius Roberti de Landaf dedi concessi remissi et quietum clamavi ac presenti carta mea confirmavi Miloni de Regny redditus sex denarios quos mihi annuatim reddere solebat pro tribus acris terre cum pertinentiis quos habuit de Johanne de la Lake quondam ballivo de la Lekwiffe de feodo meo sub Kanetone in Sudcrofte. Etiam concessi eidem et quietum clamavi redditum unum denarium quod percipere solebam annuatim de Johanne filio Johannis Godman de Kaerdif pro aliis tribus acris in eadem Sudcrofte sub Kanetone Habendum et tenendum predictus redditus de me et heredibus meis dicto Miloni et heredibus et assignatis suis libere quiete bene in pace integre et hereditarie imperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus Milo et heredes vel assignati sui unum obolum argenti ad festum Sancti Michaelis pro omnibus serviciis consuetudinibus sectis curiarum wardis releviis ac eschaetis et omnibus aliis quibuscunque secularibus demandis ad me vel heredes meos pertinentibus imperpetuum. Et ego vero predictus Johannes filius Roberti et heredes mei omnes predictos redditus cum tenementis supra dicto Miloni et heredibus et assignatis suis contra omnes mortales imperpetuum warantizabimus acquietabimus et defendemus per servicium pre-

dictum. Pro hac autem donatione concessione et presentis carte mee confirmatione ac remissione et quieta clamatione dedit mihi predictus MILO septem solidos argenti premanibus. Ita quod nec ego JOHANNES nec heredes mei in totis predictis tenementis nichil juris venditare poterimus nisi redditum unius oboli ut predictum est. Et ut mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio rata et stabilis perpetuo perseveret et quod in posterum non vertatur in dubium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus domino WALTERO de SULLIA tunc vicecomite de GLAMORGAN WALTERO de REGNY magistro GRIFFID GURDA JOHANNE GURDA HENRICO CLEMENT STEPHANO de BAGERUPE RICARDO de KANETON et aliis.

CCLXX.

CARTA ROBERTI FIL: ROBERTI HUGONI FIL: ROBERTI CRISTESKNAVE.

[ADD: CHART: 24. 301.] SINE DATO.

Sciant presentes et futuri quod ego ROBERTUS filius ROBERTI filii UMFREY FRETHOXE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi HUGONI filio ROBERTI CRISTESKNAVE de KAERDIF clerico totam mansionem meam in TAF inter domum fratrum predictorum a parte occidentali et castrum de KAERDIF a parte orientali et aquam de TAF ex utraque parte ejusdem mansionis cum suis ibidem pertinentiis. Tenendam et habendam sibi et heredibus vel suis quicumque fuerint assignatis de me et heredibus meis libere quiete pure bene in pace integre plenarie et jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim in festo Sancti MICHAELIS ipse et heredes vel sui quicumque fuerint assignati mihi et heredibus meis duodecim denarios argenti pro omnibus serviciis exaccionibus consuetudinibus sectis curiarum auxiliis et aliis omnibus demandis secularibus. Et ego ROBERTUS et heredes mei eidem HUGONI et heredibus vel suis quicumque fuerint assignatis totam mansionem

prenominatam cum suis ibidem pertinentiis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. Et pro ista donatione concessione hujus presentis carte confirmationem et warantiationem dedit mihi predictus Hugo duas marcas esterlingorum in gersumam. Et ut ista mea donatio concessio hujus carte confirmationem et warantiationem stabilitatem firmitudinem eternamque possideant et securitatem hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus domino Willelmo de Sancta Elena tunc vicecomite de Glamorgan domino Rogero de Reingny domino Waltero de Tulle domino Gilberto de Umfravile militibus Willelmo le Flemming Radulfo de Somery Willelmo Mailot Porvorde Gurda Pewan Gurda Thoma Handewyme tunc famulo Comitatus et multis aliis.

CCLXXI.

RELAXACIO DE OBLIGATIONE INTER ROB: LATIMER ET EDWARDUM DE ESTRADELYNGH.

[Francis Mss.] 20 Aug: 1339.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus filius Johannis le Latimer mercator de comitatu Dorset salutem. Licet dominus Edwardus de Estradelyngh dominus manerii de Combehaweye et Edwardus filius ejusdem Edwardi mercatores de comitatu Somerset mihi in centum marcis sterlingorum teneantur et uniusquisque eorum insolidus per scriptum suum obligatorium sub statuto mercatorum factum apud Bristolliam septo decimo die Augusti anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum tertio decimo pro blado eisdem vendito mihi vel meo certo attornato vel executoribus meis solvendorum modo quo in dicto scripto obligatorio continetur. Volo tamen et per presens scriptum meum concedo quod si dictus dominus Edwardus vel Elena uxor ejus vel Edwardus filius

eorum me cum equo et garcione meo per adventus meos et moras meas et JOHANNAM uxorem meam cum exitu nostro ut in cibis et potitis bene et competenter sustentaverint et unam robam competentem cum furara annuatim mihi et alteram robam competentem cum pellura annuatim JOHANNE uxori mee ad totam vitam JOHANNE matris mee in festo natalis Domini vel festo pasche solverint quod ex tunc dictum scriptum obligatorium centum marcarum irritum sit et vacuum et omnino suo careat vigore et pro nullo habeatur. In cujus rei testimonium huic presenti scripto meo sigillum meum apposui. Datum apud HALESWEYE die VENERIS vicesimo die AUGUSTI anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum tercio decimo. Hiis testibus GILBERTO de HYWYCH,' JOHANNE le BRET SYMONE de ROCHES et aliis.

Dorso. RELAXACIO de OBLIGATIONE.

CCLXXII.

CARTA HUGONIS LE DESPENSER BURGENSIBUS DE KAERDIFF.

[FONTE INCERTO.] 19 APR: 1340.

HUGO le DESPENSER dominus GLAMORGAN et MORGANNOCK omnibus ballivis et ministris nostris et aliis fidelibus presentem cartam inspecturis salutem in Domino. Sciatis quod de gratia nostra speciali dedimus et concessimus delectis burgensibus nostris ville nostre de KAERDIFF omnes libertates subscriptas imperpetuum. Videlicet quod ipsi et heredes sui quieti et liberi sunt de theloneo muragio pontagio pannagio terragio kayagio et picagio et aliis diversis custumis et consuetudinibus per totum dominium nostrum tam in ANGLIA quam in WALLIA. Et quod ipsi eligere debeant annuatim ballivos nostros de burgensibus nostris ejusdem ville videlicet quatuor propositos de quibus constabularius castri nostri de KAERDIFF duos recipiet ad voluntatem suam unum ballivum et duo tastatores cervisie qui debent recipi et

jurari ad scaccarium nostrum de KAERDIFF coram eodem constabulario ad bene et fideliter faciendum quecunque ad officia sua pertinencia. Et quod iidem propositi et tastatores onerari debeant in comptis suis de exitibus ballivorum eorum et etiam quod predicti duo propositi et ballivi qui pro tempore fuerint pro serviciis suis de redditu unius burgagii sint quilibet eorum quieti per annum. Et quod idem ballivus capiet de molendinis nostris de KAERDIFF pro servicio et labore suo de tribus septimanis in tres septimanas unum bussellum frumenti per totam annum. Concessimus etiam predictis burgensibus nostris quod de omnibus merchandisis tam per terram quam per aquam ad predictam villam remanentibus seu transeuntibus demonstratio quam primo fiet constabulario nostro predicto et postea prepositis ville predicte prius quam aliquid inde sit venditum seu remotum sub pena qua decet. Et quod nullus de burgensibus nostris predictis capi nec imprisonari debeat in castro nostro predicto pro aliquibus eos tangentibus dum manucaptionem seu plegium ad exteriorem partem ejusdem castri possit invenire nisi in casu felonie tum manuopere tantum capti fuerint seu pro aliquibus nos aut familias nostras specialiter tangentibus. Et de omnibus rebus infra libertatem ville nostre predicte factis prefatos burgenses tenementa seu catalla eorum tangentibus unde inquisitio capi debeat quod illa inquisitio sit terminata per intrinsecos ejusdem ville et non per alios. Concessimus insuper eisdem burgensibus nostris quod ipsi nec heredes sui esse non debeant receptores denariorum nostrorum nisi tantum de denariis exeuntibus de balliva propositus ville nostre predicte nec distringi debeant ad blada carnem vina seu alia victualia nostra contra voluntatem ipsorum emenda sed quod liberi sint per libertates eorum vendere omnia que habent vendendi cujusque et quibuscunque in quo tempore voluerint absque aliquo impedimento. Preterea concessimus prefatis burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui liberi legare possint omnia burgagia sua per ipsos adquisita de tenementis quam de redditibus cujuscunque et quibuscunque voluerint ad voluntatem

ipsorum. Et quod iidem burgenses nostri distringi non debeant exire antiquas bundas libertatis ville predicte contra eorum voluntatem ad aliquam faciendum. Et tales sunt bunde libertatis eorum. Videlicet de loco vocato APLEDORE juxta LISTALYBONT in porta boreali usque ad BRADE-STREAME in marina porta australi et de PAINESCROS in porta orientali usque ad crucem juxta fratres predicatores in porta occidentali. Et quod nullus extraneus extra nundinas vel forum infra bundas predictas aliquas merchandisas de aliquo extraneo emeat nisi tantum de burgensibus nostris de ejusdem villa preterea gentiles homines de GLAMORGAN pro victualibus eorum et non ratione merchandise. Nec aliquis teneat gildam apertam de aliquibus merchandisis nec tabernam nec corf faciet in villa nostra predicta nisi fuerit tum predictis burgensibus nostris lotentem et escotentem infra gildam libertatis eorum receptus. Nec non concessimus eisdem burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui gildam inter eos facere possent quo tempore et quandocunque voluerint ad proficuum ipsorum et quod distringi non debeant pro debito alicujus nisi debitores aut plegii pro eodem fuerint. Et quod nullus ballivus seu minister noster colore ballivie sui summoniciones seu attachiamenta faciet nec infra bundas supradictas districcionem capiet nisi tantum constabularius predictus et ballivi ejusdem ville qui per ipsos burgenses fuerunt electi. Preterea concessimus prefatis burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui habeant communem pasturam pro averiis suis in brueris nostris vocatis MICHELL HETH et LITTLE HETH prout jacent per antiquas metas et bundas et quod liberi falcare possent omnes ruscos et fodere omnes glebas pro focalibus eorum in eisdem brueriis crescentes et quod habeant unum messium ad bene et fideliter custodiendum predictos ruscos et glebas quod nemo ibidem falcet nec fodeat preterea burgenses ville nostre predicte et si aliquos alios ibidem manoperantes invenit ipsos attachiare faciet et attachia presentet ad hundredam ville nostre supradicte et sint ibidem amerciati secundum quantitatem delicti. Insuper concessimus prefatis burgensibus

nostris quod omnes mercatores tam pannarii cerdones pelliparii cirothecarii quam alii diversi qui in vendicione et empcione vivunt infra dominium nostrum de Glamorgan et Morgan residere debeant in villis de burgh et non uplande et quod omnimodo marchandisis facient in nundinis foris et in villis de burgh et non alibi. Et etiam quod omnes mercatores cum eorum merchandisis alibi non transeunt quam per regales vicos per villas de burgh ita quod nos nec heredes nostri tolnetum nostrum nec alias costumas nobis debitas aliquo tempore amittamus. Et quod ne predicti burgenses nostri nec eorum heredes aliquam vigilacionem facient nec aliquem fugitivum in aliqua ecclesia custodiant extra muros ville nostre predicte. Concessimus vero predictis burgensibus nostris quod per ordinacionem constabularii predicti ordinaciones et clamaciones liberi facere possunt de assisis panis et cervisie et aliis diversis rebus ad voluntatem eorum eandem villam tangentibus quandocunque necesse fuerit ad emendacionem illius ville et proficuum populi. Nolentes eciam quod iidem burgenses sint ligati per clamaciones in comitatu nostro de Glamorgan aliquo tempore factos et quod habeant prisonem suam in eadem villa nostra ad malefactores et rebelles ibidem custodiendos et castigandos et ad legem implendum et tenendum nec non executionem faciendum coram constabulario nostro predicto cum placito vel sine placito de omnibus rebus villam nostram predictam tangentibus. Preterea concessimus prefatis burgensibus nostris quod duo nundini sint in eadem villa nostra quolibet anno sicut esse solebant tempore antecessorum videlicet nundine que incipiunt in vigilia nativitatis Sancti Johannis baptiste durantes per quindecim dies sequentes in quibus vero nundinis predictis constabularius noster capiet tolnetum nostrum et alias custumas nobis debitas. Et quod de cetero in eisdem nundinis teneat omnia placita corone de omnimodis feloniis infra bundas libertatis ejusdem ville durantibus illis nundinis factis et alia placita de transgressionibus debitis convencionibus et aliis diversis contractis ubicunque fuerunt facti. Et concessimus predictis burgensibus nostris quod

durantibus predictis nundinis nullus mercator aliquas merchandisas emat aut vendat extra illas nundinas intra REMPNY et PWLLCHANON sub pena forisfacturi earum merchandisarum et gravi amerciamento et alie nundine sint ad festum nativitatis Beate MARIE que nundine quiete sint de tolneto tantum in vigilia et in die sequenti. Concessimus insuper prefatis burgensibus nostris quod omnia placita et querele tam hab......sanguine fuso quam de transgressionibus debitis convencionibus et aliis diversis contractis decetero placitantibus et terminantibus in hundreda ville nostre predicte exceptis placitis corone forestall hamesokne et placitis terre. Volentes eciam et concedentes quod constabularius noster de KAERDIFF qui pro tempore fuerit teneat in eadem hundreda nostra de quindena in quindenam et placita vocata piepowdra de die in diem quandocunque necesse fuerit et quod omnia alia libertates ville nostre predicte tangencia sint terminata et coram ipsv verificata et quod ipse decetero sit major ejusdem ville nostre. Nos autem donaciones et concessiones predictas ratas habentes et gratas ut pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus nostris concedimus et confirmamus atque tenore presencium...............vamus volentes et concedentes pro nobis et heredibus nostris quod carta predicta in omnibus et singulis inperpetuum firmiter et inviolabiliter observetur eciam si aliqui articuli in eadem carta contenti hucusque forsitan non fuerint observati. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum cancellarie nostre de KAERDIFF duximus apponendum. Hiis testibus venerabilibus viris HENRICO abbate de MARGAM WILLIELMO abbate de NEATH dominis WILLIELMO de de ARCHALEW HENRICO de UMFRANVILL JOHANNE DAVENE ROGERO de BERKEROLE militibus JOHANNE le NORREYS MATTHEO le SOOR et aliis.

Datum apud KAERDIFF nono decimo die APRILIS anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum quarto decimo.

CCLXXIII.

DECLARATION FAITE PAR ROBERT DE PENRICE DE PENRICE CHIVALER TOUCHANT LA GARDE DE QUELQUES LETTRES ET CHARTRES TITRES DE LA MAISON D'AVENE.

[Francois Mss.] 13 Juillet 1340.

A touz y seans que cest lettre verrount ou orrount Robert de Penres chivaler salutz en dieux. Sachez moi aver ressu en ma garde de Thomas Davene fitz mons[r] Leysan Davene un chartre de ffeoffament de toute la maner de Sulli done a Sire Maiou parson de Sulli par mons[r] John Davene. E un lettre de touz les bienz et chateals de la dyt menere. E le pee dil ffyn leve en le counte de Kaerdyff del avandyte maner. E un endenture des covenantz per entre mons[r] Thomas le Blount et mons[r] Leysand Davene. E un chartre endente de toutis les terris que mons[r] Leysand dona a mons[r] John Davene en Kylvei. E un chartre que Sire David Alweyne ffeoffa mons[r] John Davene de tout la seigneurie et les terris de Avene. E un chartre endente que le dyt mons[r] Leysand ffeoffa le dyt mons[r] John Davene de tous les terris Davene et de Talgarn. E un altre chartre endente que Sire Robert Dunfrevilla parson de Penmark feoffa Thomas fitz mons[r] John Davene et Maude sa femme de touz les terris de Kylvei. E un lettre dil entendance de touz les tenans de Kylvei. E un lettre de recunessance de les terris de Kylvei sous le seal Robert de Sengleton. E un obligation de mil liveris a Sire David Alweyne. E un altre lettre al diffeasance de les dytz mil liveris. Les quels chartris et lettris avand nomez ay ressu del avandyt Thomas Davene et un boiste a seale de seon seale. Aliverer les dystz chartris et lettris a Thomas fitz mons[r] John Davene ou a seon certeyne attorne quele houre quil les vodra demander et si le dyt Thomas demye san heire de seon corps engendre que dieux defende dounk serrount les avandytz chartris delivrez a William fitz mons[r] John Davene ou a seon certeyne attorne quele houre quil les vodra

demander si jeo ne les ai avand delivre a Thomas ffrere le dyt William ou a ces heiris ou a seon certeyne attorne. E si cas aveigne que mons^r^ John Davene soit atacle de terre ou de ffranchise ysai que le dyt Robert de Penres et seon consaille voient que nul de dytz chartris ou lettris luy puissent valer on leon tenyre qil seient mustrez en la seigneurie ou il soit apesche si le dyt Robert ne les eyt avand delivre dyt Thomas Davene fitz mons^r^ John Davene ou a ces heiris ou a seon certeyne [attorne] ou a William seon ffrere ou a ces heiris ou a seon attorne. Si le dyt Thomas demye san heire de seon corps engendre que dieux defende e si jeo ne delivre les chartris et lettris avand nomez al avandytz Thomas fitz mons^r^ John Davene ou a ces heiris ou a seon certeyne attorne ou a William seon ffrere. Si le dyt Thomas demye san heire de seon corps engendre que dieux defend ou al attorne le dyt William solom le forme avandyt. Jeo voille et graunte que jeo soie tenu a eaux en trois centz liveries de argent si jeo ne les ai avand delivre a dyt Thomas ou a ces heiris ou a seon certeyne attorne ou a William seon ffrere ou a ces heiris ou a seon attorne si le dyt Thomas demye san heire de seon corps engendre que dieux defend et a seigneur de Gouherr que dounke sera en centz liveris et a seneschal de Gouherr en dys liveris et a les bailiffs de Gouherr en cent souz si les chartris et lettris avand nomez seient avand delivrez a dyt Thomas on a ces heiris ou a seon attorne ou a William seon ffrere ou a seon attorne si dieux fait sa volonte dil dyt Thomas son heire de seon corps engendre. E a ceo bien et leal-ment faire jeo oblege moi et mes heiris et mes executeris tous mes bienz et mes chateals meoblis et nonmeoblis en quel mayne quil deveignount en partie ou en tout ou quil seient trovez la destresse les avandystz Thomas et William quils nous puissent destreyndre de jour en altre tanke les avandystz trois centz liveris de argent seient pleynement paiez ow les chartris et les lettris seient a un de eaux livres solom la forme avandyte. E encement sil aveigne que jeo avandyt Robert de Penres que jeo ne

delivre les chartris et les lettris avand nomez a les avandystz Thomas et William ou a lour heiris ou a leur attornez en la furme sudyt que jeo soi mys en sentence et destreynt de joure en altre par toute manere force de seynt eglise tanke les avandystz trois cent liveris seient pleynement paies ow les chartris et les lettris avand nomez seient renduz a les avandytz Thomas ou a ces heires ou a seon attorne ou al avandyt Willaume ou a ces heires ou a seon attorne si le dyt Thomas demye san heire de seon corps engendre que dieux defend solom la forme avandyste. En temoignance de quel chose les avandytz Robert de Penres et Thomas Davene a cest endenture entrechangabilment ount mys lour sealis. Escrip a Penres le treseyne joure de Julij lan du regne le Roi Edward terce pus le conquest quatrosyne.

Dorso. Indentura inter dominum Robertum de Penres et Thomam Davene.

CCLXXIV.

CONCESSIO WILLIELMI ABBATIS B. M. DE NETH EDWARDO DE STRADELYNGH ET ELENE UXORI SUE OBITUS ANNUALIS.

[Francis Mss.] 20 Oct: 1341.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris frater Willielmus de Sancto Donato abbas monasterii Beate Marie de Neth et ejusdem loci conventus salutem in Domino. Cum dominus Edwardus de Stradelyngh miles dominus de Sancto Donato Anglicano nuper nos per cartam suam feoffavit de una acra terre in dicta villa de Sancto Donato simul cum advocacione ecclesie ejusdem ville prout in carta predicta domini Edwardi nobis inde confecta plenius continetur. Nos volentes super hoc vicem pro vice reddere salutarem concedimus eidem domino Edwardo

pro nobis et successoribus nostris quod ipse et ELENA consors ejus et omnes liberi eorum decetero fiant participes omnium bonorum spiritualium que fient in monasterio nostro predicto inperpetuum. Preterea concedimus pro nobis et successoribus nostris eidem domino EDWARDO quod anniversarium ipsius post decessum suum fiet in monasterio nostro de NETH de anno in annum die obitus sui vel proximo die sequente quo commodius fieri poterit sine ordinis nostri offensione adeo solempniter et devote sicut anniversarium alicujus abbatis domus predicte per nos fieri solebat secundum ordinis constitutionem. Ad quod quidem anniversarium de anno in annum ut premittitur fideliter faciendum obligamus nos et successores nostros terras et tenementa bona et catalla nostra districtione et cohercione cujuscunque judicis ecclesiastici seu secularis inperpetuum. Et si contingat nos vel successores nostros de predicto anniversario de anno in annum faciendo cessare quod absit volumus et concedimus pro nobis et successoribus nostris teneri et obligari heredibus dicti domini EDWARDI in centum solidis argenti nomine puri debiti et in aliis centum solidis domino GLADMORGAN qui pro tempore fuerit. Solvendum eisdem heredibus et domino infra mensem apud SANCTUM DONATUM postquam cessaverimus a celebracione anniversarii supradicti et de hoc rite convicti fuerimus coram aliquo de judicibus memoratis quem iidem heredes vel aliquis eorum dixerit seu dixerint eligendo cujus jurisdictioni coercioni districtioni submittimus nos in hac parte hac obligacione penali semper rata manente. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo conventus nostri predicti presenti scripto sunt appensa. Hiis testibus domino GILBERTO de TURBIRVILL HENRICO de UNFRAMVILL ROGERO de BERKEROLE JOHANNE de AVENE JOHANNE de LANGETON militibus JOHANNE le NORREYS MATEO le SORE JOHANNE de ANNE JOHANNE clerico de LANYLTWYLT JOHANNE le WARE JOHANNE de la BROKE JOHANNE CLEMENT HENRICO FFAUKONS et aliis. Datum apud monasterium nostrum predictum vicesimo die mensis OCTOBRIS anno domini millesimo trecentesimo quad-

ragesimo primo et anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quinto decimo.

[Sigillo amisso.]

Dorso. Copia de oracionibus faciendis per abbatem de NETH.

CCLXXV.

CARTA JOHANNIS DE PENNARTH NICHOLAO DE PENNARTH.

[CARNE Mss.] 23 APR: 1345.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES de PENNARTH de KAERDIF senior dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino NICHOLAO de PENNARTH capellano filio meo dimidium burgagium edificatum jacens in burgo de KAERDIF inter burgagium meum in parte australi et burgagium dicti domini NICHOLAI in parte boriali. Et extendit se in longitudine a muro domini abbatis et conventus de THEOKESBURY ex parte occidentali usque ad viam regiam ex parte orientali. Habendum et tenendum predictum dimidium burgagium cum suis pert'iis prefato domino NICHOLAO et heredibus suis vel assignatis de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et consueta libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum. Et ego vero predictus JOHANNES......... dimidium burgagium cum suis pertin'iis dicto domino NICHOLAO et heredibus suis vel assignatis contra omnes mortales warantizabimus [et defendemus in] perpetuum. In cuius rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus THOMA le BARBOUR et WILL'MO......NY tunc propositis burgi de KAERDIF JOHANNE le BOTYLER tunc ballivo eiusdem burgi RICHARDO le BARBOUR JOHANNE JOSEPH RESO DU JOHANNE ADAM JOHANNE PAYER WILL'MO TOP WALTERO ADAM et multis allis. Datum apud KAERDIF die SABBATI in festo Sancti GEORGII martiris anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum decimo nono.

[Sigillo amisso.]

CCLXXVI.

DONATIO THOME DE AVENE DOMUI DE MARGAN.

[VERSIO VULGARIS.]

[DUGD: MONAST: v. 741.] 10 FEB: 1349.

To all Christian people to whose knowledge this present writing shall come, THOMAS de AVENE, the son of Sir JOHN de AVENE, knight, lord of AVENE wisheth eternal happiness. Be it known unto you that I have, for the salvation of my soul, and for the souls of my father and mother, and of all my ancestors and successors, granted, released, and entirely quitted claim, for myself and my heirs and assigns for ever, to God and the Church of St. MARY of MARGAN, and the monks serving GOD therein, as a free and perpetual alms, all the title I have had, or might any way have, to three acres and a half of meadow land, with its appurtenances, in the marsh of AVENE, which I have had from the Lady MARGARET de AVENE, in her free and legal widowhood, in exchange for five acres of meadow, in the same marsh of AVENE, by the advice and consent of the aforesaid Sir JOHN de AVENE, my father. Which three acres and a half of meadow begin at the highway eastward, and reach westward to JOHN DAVY's meadow, and to arable land in CLANDSANNAU northward, and southward to a meadow of the house of MARGAN, called SMITH's MEAD. The said three acres and a half, to have and to hold, as a free and perpetual alms, in such manner, that neither I the said THOMAS de AVENE, nor my heirs, nor assigns, nor any one in our name can ever require or claim any right or title to the said three acres and a half of meadow, but are by this present writing perpetually excluded. And furthermore, I, the said THOMAS de AVENE, and my heirs and assigns, shall for ever defend, warrant, and maintain the said three acres and a half of meadow, with the appurtenances thereunto belonging, against all men. Moreover, I, the said THOMAS de AVENE, having, after a diligent view thereof, considered the noble and magnificent structure

of the walls continually made in the said monastery, have granted, and by these presents confirmed unto the said monks all donations, grants, confirmations, and sales whatever, which they enjoy by the bounty of all my predecessors and their vassalls; namely, whatever they have by the gift of MORGAN ap CRADOC, as well in RHOSONLYN, as in the marsh and moor of AVENE, in lands, meadows, herbage, pastures, and in all the woods and appurtenances thereof, according to the tenor of the charters of the said MORGAN. Also whatever they have by the gift of LEYSAN and OWEN, the sons of the same MORGAN: and all they have by the gift of MORGAN CAM and his heirs. Also all they enjoy by the bounty of MORGAN VAGHAN and Sir LEYSAN, the sons of the said MORGAN CAM. Likewise whatever they have by the gift of Sir JOHN de AVENE, my father, as well in RHOSONLYN, as in the marsh of AVENE. All these donations, grants, confirmations, and sales, by all my ancestors, and their vassalls, in what manner soever made over to the said monks, I bestow, grant and confirm, and by this my present writing, ratify in my own name, and also for my heirs and assigns, in such manner that they are to have and enjoy for ever all that is above specified in as free and quiet a possession as any other alms whatever may be held and enjoyed. Granting nevertheless and confirming to the said monks, for myself and heirs and assigns for ever, all the hurdles or rods they shall have occasion for, on all the lands of my Lordship, towards fishing in their water of AVENE, without any lett or hindrance; and also, that they have free ingress and egress over all my lands, as well in the summer as winter, for their carriages from ROSSONLYN to their abbey, without giving them any lett or molestation, on that account, at any time whatsoever. In testimony of all such premises, I have affixed my seal to this present writing. Dated at AVENE the tenth of February, one thousand three hundred forty nine.

CCLXXVII.

INDENTURA INTER ABBATEM DE MARGAN ET JOH: LANGE DE REPARACIONE WALLARUM IN AVAN.

[HARL: CHART: 75, A. 44.] 6 DEC. 1349.

Hec indentura facta in festo beati NICHOLAI episcopi et confessoris anno domini millesimo ccc^{mo} quadragesimo nono inter abbatem de MARGAN ex parte una et JOHANNEM LANGE et JEVAN ap PHELIPOT de AVENE ex parte altera testatur quod prefatus abbas tradidit et concessit eisdem JOHANNI et JEVAN octo acras terre arabilis de dominico grangie sue de TERRYS ad terminum vite eorundem sub forma que sequitur videlicet quod a supradicto festo reparabunt et sustentabunt et manutenebunt omnes wallas marinas ipsius abbatis in marisco de AVENE contra omnia pericula marina tantummodo absque defecto eorum sumptibus propriis et expensis excepto opere ligneo goutes dictas wallas concernente. Que quidem goute si indiguerint amoveri seu eciam reponi sumptibus ipsius abbatis et custagiis dicti JOHANNES et JEVAN amovebunt et iterum reponent. Pasture dictarum wallarum ipsius JOHANNI et JEVAN pro averiis suis pascendis absque ipsarum pejoracione integre remanentur. Si vero contingat inundaciones maris transire cilium memoratarum wallarum ipsas wallas tam enormiter frangendo, quod non possent inter duas tydas maris fluentis et refluentis per ipsos JOHANNEM et JEUAN absque imminenti periculo reparari quod absit tunc predictus abbas eisdem juvamen exhibebitur pro dicto periculo securius evitando. Ad quem omnia et singula premissa fideliter observandum in forma prenotata predicti JOHANNES et JEVAN obligant se et omnia sua mobilia et immobilia per presentes ad quorumcunque manus devenerint tam infra libertates cujuscumque domini quam extra cohercioni et districcioni ipsius abbatis quousque plenarie sibi fuerit satisfactum si dampnum quodcunque in premissis per eorundem defectum acciderit quandocunque preterea dictus abbas concessit cuilibet eorundem JOHANNES et JEVAN per ebdomoda duas summas de mortuo bosco

suo per forestarium suum eisdem libandas et per tempus superius annuatim. Ita tamen quod si inventi fuerint quandocunque aliquod viride succidere aut asportare quod super hiis respondebunt in curia ipsius abbatis et amerciabuntur secundum debitam quantitatem pro qualibet vice. In cujus rei testimonium huic presenti indenture partes prenominate sigilla sua alternatim apposuerunt. Data apud MARGAN die et anno supradictis.

Dorso. AVAN de reparacione wallarum in AVAN.

FINIS VOL. I.

INDEX NOMINUM ET LOCORUM.

——:o:——

B.

C.

D.

E.

H.

I.

J.

L.

M.

P.

U.

V.

W.

Y.

Z.

FINIS.